69
8 D
22

[illegible] Perill.is et Excell.mi D. Jo: Francisci de Swassavolis Civis Patavini
anno 16[illegible]

ODISSEA HOMERI PER RAPHAELEM VOLATERRANVM IN LATINVM CONVERSA.

CVM PRIVILEGIO.

Raphael Volaterranus Paulo Maſæo Volaterrano Genero Salutem.

¶Homerum laudare/ſeu uituperare mi Paule Ocni funem torquere ut
ainnt:uel credere nebulas fuerit:qđ ita ueterum auctoritate famæ radices
ꝓpurgauerit/ut eũ uel mille cottidie zoili nihil atterãt/nihil etiaꝫ ornent
amatores/qum que ſingulis inſunt in eodem cõfluant aceruatim:claſſica
tubæ tibiæ plectra fiſtulæ/& quæ his conueniunt modulamina.Quadri
gis inuectus (nam & equis poetaꝝ ingenia comparantur) per confragro
ſa & ardua ruit dum bella deos heroas iras ciet acuit Celetem agit ſingu/
laria certamina/iurgia uerborum cõtentiones exprimens.A ſturcone per
plana tollutim ſpatiatur multa ocioſe molli alioquin dulciq; carmie mo
dulans:ſæpe digrediens/nuptias/amores/amicicias concilians:multa in
concionibus deliberans.Canterio uilioreq; iumento quiſquilias & rerũ
minimarum deſcriptiones curioſius perſequitur.Pedibus inſuper adſtri
ctus ut orator fluit:rurſus aperte uagans enigmatis interdum & conciſa
oratione tempeſtiuus apparet:Verbis omnimodus præſertim Ionicus/
ſententiis inluſtris:cœteræ uero artes ac diſciplinæ attentæ legentibus fa
cile deprenduntur ut nihil ſit in rebus cui uerſus Homericus non adco/
modetur.Quamobrem ob dapſile in eo promptariũ centum ab antiquis
taxatur metaphoris Oceanus equs durateus uirga acherontea/æthiopi/
ca trapezo cornu Amaltheæ:ortus Alcionius/poetarum tripos/muſarũ
manteon:& ſiquid eſt ſimile:unde uiri in utraq; lingua laudẽtiſſimi am/
bitioſius eum iactare & in ore manibuſq; cõtinuo habere ſunt ſoliti.Ego
uero ex eius Rhapſodia Odyſſeam mihi uertẽdam ſumpſi quod ad mo/
res animumq; excolendum non minuſq̃ ad eloquendum facere uideret
propoſito nobis Vlyxe patientiæ lege ut ait Horatius ad.M.Lollium &
ex noſtris.Baſilius magnus quid proſint poetæ oſtendens hanc ex om/
nibus potiſſimum iuuentuti ex ea cauſa commendat. Virum perfectum
effingere quærit ſiquid ſupra hiſtoriam eſt commentus:haud aliterquã
Xenophon ducem abſolutum in ſua pedia: & Plato in Politicis Remp.
deniq; Stoici per ſua dogmata ſapientem penitus circũſcribunt. Proſam
elegi oratiõem Vallam ante me imitatus/qui Iliada ſic uertit ut opus in/ .L. valla.
tegrũ in hoc genere nr̃is traderetur/ſimulq; qđ non ſatis uenuſte hic au/
ctor aliter conuertatur:nec priorum aliquis tentauerit:qum ob anguſtio
res carminis leges apud nos qui muſas colimus ſeueriores arduũ ſic fidẽ

cum elegantia coniungere.Huc adcedit modus diuerſus in quo ſi carmẽ
carmini/aut uerbũ uerbo reddatur/uidebis inquit Hieronymus nr̃ ordi/
nem ridiculum & poetam eloquentiſſimũ uix loquentem.Breuior etiam
ſum illo quod epitheta pene innumerabilia & apud eum ſæpe repetita &
quaſi perpetua omiſerim/quæ adpoſita ut ei decori ſunt:ſic faſtidiũ nr̃is
pariunt & flocidam reddere uident̃ orationem.Nec tñ ignorandum bre
uiores lõge huius opis q̃ Iliados eſſe libros.Interpoſui & carmina quæ/
dam diuerſis in locis ut illuſtrioribus ſimulq; ut a nr̃is ſubpilata mani/
feſtarem/& ut editio tanq̃ ſerta corona uarietate plus gratiæ foret habitu
ra.Hanc itaq; tibi legẽdam mitto ſimul cũ tribus Iliados libris/quos du
dum iunior carmine qualicunq; conuerti a ueteribus illis magnope lau
datos.Primum ob uariam p̃cerum diſceptationem in qua decoruз illud
poeticum maxime oſtenditur dũ ordo quilibet hominũ ſuas partes tuet̃
& perficit. Secundum ob cataloguз nudum quidẽ ac ſola nomenclatura
occupatum/ac ppea uerſu duriuſculo ſalebroſoq;:attñ ob locoꝝ ducũq;
deſcriptionẽ admodũ utilem.Nonum uero ob oratoriã facultateз in triũ
uirorum legatione Quintiliano maxime cõmendatum. Quæ qdem om
nia imprimis ut frugifera & ad grauiores diſciplinas inſtruméta magiſq̃
ut latina penſitabis/mox de fide iudicaturus quum in ea lingua in cuius
nunc ſtudio totus es tuo modo profeceris:nam in eo ita breuiter p̃feciſti
ut non ſolum equipares numeris ſed & arte magiſtrum . Quod ſi eadem
tanti auctoris ceruici numine reſpondentia tibi uidebuntur ſi alia nõ reci
pitur cauſa:mihi ut malo græco nec latio ualde bono potiuſq̃ poetæ pa/
tiar adſcribi.Tuũ tñ fuerit quando te ob ſingulare ingenium egregioſq;
mores ex omni iuuẽtute ac ex tuis Ricobaldis generum familiæ noſtræ
adſciui:meæ ſimiliter in hoc uicariũ ſuccedere diligentiæ & meliora quã/
doq; facere tanto facilius/q̃to emendare pleraq; promptius eſt q̃ de nouo
condere/ac propaginare/q̃ nouellare/aut partes in ædificio reconcinnare
q̃ fundamenta iacere.Ego autem ex his nõ ſum qui litterarum annonam
flagellent/quum mea minime ueneant. Quare iacturam facile ſuſtinebo:
nec me propterea penitebit hæc obiter ocii ſaltem uitandi gratia edidiſſe
cui placuerint:non edidiſſe rurſus cui non placuerint.

ODYSSEA HOMERI PER RAPHAELEM VOLATERRANVM CONVERSA.

Libri Primi Argumentum. A.

Eorum concio fit de Vlyxe Ithacam mittendo ex inſula Calypſo
d Poſt hec Minerua Menti regi Taphiorũ adſimilata Telemacho
apparet:cuius adhortatione ac mutua collocutione ille excitatus Pylum primo ad Neſtorem : Deinde Spartam ad Menelaum pro patre inquirendo proficiſcitur:ſeſe tandem dea manifeſtat. Poſtremo Deorũ fit conuiuiũ.

Ic mihi muſa uirum captæ poſt tempora Troiæ
Qui mores hominum multorum uidit & urbes
d Multa quoq; & ponto paſſus dum naufragus errat
Vt ſibi:tum ſotiis uitam ſeruaret in alto
Non tamen hos cupiens fato deprompſit acerbo
Ob ſcelus admiſſum extinctos auſumq; malignum
Qui fame compulſi ſolis rapuere iuuencos
Stulti.exquo reditum ad patrias deus abſtulit oras.
Horum itaq; exitium memora mihi muſa canenti.

Omnes igitur Græci qui ex bello primũ/deinde ex maris naufragio ſuperſtites duram ſortem uitauere domi iam erãt:ſolum Vlyxem reditu coniugeq; carentem nympha dia Calypſo uirum habere cupiẽs in caua ſpelunca retinebat. Qum uero tempus uenit uoluentibus Annis hunc parte redire domũ atq; Ithacam decreuere:ubi tamen una cum ſibi delectis certamina fugiturus non erat. Quam obrem dii omnes eius fatum miſerati præter Neptunum fuere.Is ei longo tempore infenſus reditum uotumq; negabat : tunc uero ad Aethiopas procul exiſtentes ſeceſſerat. Hi namq; extremi hominum ſunt bifariam diuiſi Heſperii quidem aliis alii orientales : hic ille & tauroꝝ & agnoꝝ hecatomba cultus conuiuiis aderat lætus.At reliqui di Iouis in excelſis ædibus cõuenere:inter quos ipſe pater deum atq; hominũ Iuppiter Aegiſti caſus ab Oreſte interfecti reminiſcens ſic eſt exorſus.

O facinus:mortale genus nos numina primum Contra fatum.
Incuſat:cauſamq; putat:fontemq; malorum
Que ueniunt:ſua ſed pereunt ob facta nefanda
Qum præter fatum ſibi ſponte incomoda quærant?

Sicuti nunc Aegiſtus Atridæ coniuge potitur ab eo in reditu truci-

dati:quanq̃ exitii ſui non ignarus:nam Mercurium eum monitum miſimus ut a matrimoio huiuſcemodi pariter & a uiri cede abſtineret: quoniam Oreſtes quamprimum pubeſceret & amore terræ patriæ caperetur ſtatim ulturus eſſet. Hoc nuncio Mercurius minime profecit:neq̧ illius animum quanq̃ ſapiens mutauit. Nunc uero ille cumulatiſſime pœnas omniũ dedit. Cui minerua O pater inquit ſumme:nempe ille merito in teriit exitio:quod utinam ſortiatur quicunq̧ talia perpetrabit.

De Circe & Atlante.

Sed me ſollicitat miſeri nunc caſus Vlyxis
Qui procul a patria magnos iam ſuſtinet æſtus.
In pelagi medio:qua totum in parte uidetur
Inſula conſpicitur nigris circundata lymphis
Arboribuſq̧ obtecta domus quam filia diri
Atlantis Circe retinet maria alta tuentis
Hic fulctus celſas:mirum:ſuper ipſe columnas
Tellurem:pariterq̧ omnem proſpectat olympum:

Huius itaq̧ filia illũ coibet miſerum:continuoq̧ & mollibus & blandis demulcet uerbis ut Ithacæ obliuiſcatur. At Vlyxes fumum e ſua terta exeuntem cupiens mortem optat. An tibi curæ non eſt carum caput o genitor? Non ne & ille apud Argæorum naues in bello Troiano grata tibi ſacra optulit? cur tot adficis eũ doloribus Iuppiter? At ille quodnam inquit natura uerbum tibi excidit? quonam modo Vlyxis obliuiſcar qui mẽte quidem ceteris præſtat mortalibus:ſacraq̧ Dis rite exibuit. Sed Neptunus cõtinuo Cyclopis ſui incomodi iratus reminiſcitur cui alterum lumen ademit. Is Polyphemus eſt cuius potẽtia maxima ſupra Cyclopes omnis erat/quem Nympha Phorcynis marini regis filia Neptuno in cauis compreſſa ſpeluncis peperit. Ex illo igitur Neptunus non quidem eum peremit: uerum a patria procul diſpergendo amouit. Sed iam nos omnes una cogitemus quonam modo redire queat. Ipſe nanq̧ iram leniet:neq̧ enim inuitis omnibus Dis ſolus poterit aduerſus contendere. Cui Minerua: Siquidem hoc omnibus gratum Dis ut redeat Vlyxes domũ Mercuriũ in inſula Ogygiam propere mittamus ut nymphæ celeriter noſtrum referat conſilium ac eum redire permittat. Ego uero Ithacam obiter contendam ut Vlyxis filium impellam: uimq̧ illi tribuam ut uocatis in cõcionem Achæis procos omnis minus abſterreat: qui continuo oues bouesq̧ pingues mactãtes rem illius abſumunt: eundem quoq̧ Spartam & Pylum ad inquirendũ patrem mittam ſicubi gen

ſtum audiuerit/ uel certe ut laudem inter homines ex hoc conſequatur. Sic dicens pulchris pedibus calceos aureos & immortales aptauit: qui il lam ſupra pontum ſupraq; terram uento agitante tulerunt ualidam. De inde haſtam acuto munitam ferro corripit: hac Heroum turmas quibus eſt irata perdomat. Igitur e ſummo ruens cœlo ad populum Ithacenſem in ueſtibulo domus Vlyxis conſtitit Menti Taphiorũ regi adſimilata. Procos offendit ante fores animũ talis ludendo recreantes ac thoris ex boum tergoribus quas ipſi mactauerant inſidentes. Præcones autem ac ſeduli miniſtri uinum illis ſimul & aquam in crateribus miſcebant. Alii uero ſpongiis menſas tergebant parabantq; cum carnes plurimas incide bant. Hãc igitur longe prior Telemachus uidit/ ſedebat enim inter Pro cos animo perturbatus ac cogitans ſiquo modo pater ueniens Procorũ ſtragem in ædibus ederet Ipſe honorem adſequeretur ſuũq; quiete poſſi deret. Hæc itaq; meditans Mineruam conſpexit: ſtatimq; conſurgens in ueſtibulum auerſus iit indignatus hoſpitem apud fores diu conſiſtere. Propinquanſq; dextra illa: ſimulq; haſtam prendit ac ultro compellens ait. Salue hoſpes: ſede iuxta nos: deinde ubi cœnaueris quid tibi opus loquere. Sic dicẽs præit: illa ſubſequitur: qui ubi intra domũ fuere haſtã ante omnia Telemachus apud longam columnã intra armariũ ubi mul tæ aliæ Vlyxis poſuit. Ipſam uero Mineruam in throno ducens ſtatuit: ſtragulumq; tenue uarioq; opere laboratũ ſuſtrauit: Scabellum inſuper pedibus ſubmiſit. Iuxtaq; ipſe ſedẽ ſeparatim a Procis admodũ pulchrã poſuit ne hoſpes ob tumultũ proteruis hominibꝰ cõmixtus minus cœ naret: & ut illum comodius de patris reditu percunctaretur. Poſt hæc fa mula guturniũ cum opiſtodocho aureo ſuper lebetem argenteũ ad lauã dum effudit iuxtaq; concinnam parauit menſam: Proma ſedula panem ac cibos plurimos preſentibus gratificando adpoſuit. Chironomon car nium omnigenũ repoſitoria manu ſublata: aureaq; itẽ pocula: Præco fre quẽter ipſis uina fundebat. Poſt hæc ingreſſi Proci ordine in ſedibus ac thoris cõſtitere: quibus Præcones aquas multas fudere: panẽ famulæ ca niſtris expediunt. Illi paratis cibis manus iniecere. Iuuenes crateros ſta tuũt & uina coronãt: Aſt ubi cibi & potus cõpreſſus amor Proci quibus alia curæ erant cantum ſaltationemq; quæ conuiuii ſunt appendices ce/ lebrant/ Præco Phemio Cantori citharã in manu dedit: qui coactus iux ta Procos adſedit: cantũq; ꝓſequebatur. Interea Telemachus Mineruã adloquitur prope caput inclinãs ne alii audirent. Dilecte hoſpes ſi non

Mẽtes Taphio rum Rex.

Prius hoſpites cœnare ſinebãt deinde interro gabant.

Cãtus ſaltatio neſq; conuiuii appẽdices.

egre fers quæ dico: His curæ ſunt hec & cithara & cantus quod impune rem uiri edant illius cuius alba oſſa aut in terra iacētia inhumata pluuia inundante putreſcunt:aut certe in mari fluctus euoluit: Si illū Ithacam redeuntem uiderent:omnes curſu pedibus leuiores:q̄ auro ueſteq; ditiores eſſe cuperent. Nunc uero quando is periit nulla nobis ſpes amplius ſed agedum dic mihi uere cuias es? unde gentium ubi tibi patria & parētes in qua naui uenisti quomodo te Nautæ Ithacam duxere:qui nā eſſe ſe gloriātur? Non equidem te pedibus ueniſſe puto. Hoc item uere narra ut ſciam an nuper ad me uenisti: uel patrius es hoſpes: quoniam ille libenter cum hominibus conuerſabatur:quam obrem multi domū noſtram petiere:Cui Minerua. Tibi ego hæc uera referā. Mentes Anchiali filius eſſe glorior qui apud Taphios regno Nūc hic ſimul cum naui & ſotiis deſcendi per alienas tendens gentes ad urbem Tameſam æris gratia:ferrūq; mecū fero:Nauis mea hic in agro ſeparatim a Ciuitate in portu fluenti ſub nemoroſo nauali conſtitit. Hoſpites uero internos patrii gloriamur eſſe: ab initio ſiquidem ſenem Laertem adiens interroga quē in urbem non uenire dicunt:ſed ſeparatim in agro degere cū uetula miniſtra quæ illi cibum ac potum adponit: Ipſe membra labore exercet repens continuo per loca conſita & uineta:Nūc ego ueni patrem uero tuū dicunt peregre eſſe Di illum per itinera exagitant: non adhuc periit ſed uiuus in mari apud inſulam circunfluam continetur/ ab agreſtibuſq; & duris prohibetur hominibus qui illum inuitum retinent. Sed ego qui nec uates ſum neq; augurii ſciens nunc tibi uaticinor quod & Di in animum induxere: quodq; & euenturum ſpero ut non diu Vlyxes procul a patria erit/nō ſi ferrea uincula haberet. Nam qum magna ſit præditus arte excogitabit omnino quemadmodū redeat. Tu uero rurſus dic ſi ex ipſo Vlyxe natus es/nam ei uehementer & corpore & oculis ſimilis uideris. Etenim frequenter ſimul conuenimus priusq̄ ad Troiam iret. Hic & alii argæi fortes nauem conſcenderunt. Ex illo neq; ego amplius Vlyxem neq; item ille me uidit. Huic Telemachus Nempe inquit uera tibi referam Mater enim me illius dicit eſſe:attamē ego neſcio:Nondū enim aliquis ſuū ipſe nouit genitorem. Vtinam ego fortunati uiri alicuius filius fuiſſem/quem ſuis in poſſeſſionibus ſenectus inueniret. Nūc uero filium me eſſe dicunt illius qui miſerrimus eſt omniū hominum. Non equidem Minerua inquit te genere ignobilem poſtea Di fecere:quando te talem Penelope genuit. Sed item dic mihi quod hoc conuiuiū? qui

Nota.

cõuentus hic eſt?quid nam agis conuiuiũ an nuptias?qm̃ hæc ſymbola non ſunt/O q̃ impudẽter hi uidentur tuis in ædibus ueſci/qcunq; pfe/cto ſapit atq; ſupueniens hæc probra adſpexerit magnope ſuccẽſeret.Ad hæc Telemachus hoſpes inquit qñ hæc interrogas & ueſtigas.Hæc domus felix & integra oino debuerat eẽ:ũt ẽt ille peregre erat:nunc aliter Di uoluere male cogitantes qui illũ præter cœteros mortales pditum ac miſerum fecerũt:neq; ego tanto premerer dolore ſi apud Troiã ab inimicis una cũ ſociis interfectus fuiſſet/uel ẽt in amicoꝝ nauib9 bello cõfecto:tũc & Panachæi tumulum ei excitaſſent/& inde gloria ingens filio pueniſſet Nũc Arpyiæ illũ inglorium eripuere:abiit ignoratus/inauditusq; mihi unde dolorẽ aio meo non mediocrem reliquit:ſed non ſolum illũ lugeo uerũ & alia mihi Di mala intulẽre.Quot.n.uiri optimates in Dulichio & Same & Zacyntho:quot ue apud Ithacam dominant̃ tot meæ matris cõnubia petunt/meamq; domũ continuo abſumunt:at illa nec negat matrimoniũ neq; cõſtituere põt:illi obiter rẽ diſſipant meam:nec mora quin & me funditus ipſum euertãt.Proh facinus inquit Minerua q̃ tibi opus Vlyxe qui in procos impudentes manus iniciat.Si.n.nunc ueniens ille in domus primis foribus conſiſtat galeam & ſcutũ ſimul & haſtas duas habens:talis inq̃ eſſet qualem ego ab initio cognoui in nr̃a domo bibentem atq; gaudentẽ.Præterea ex Epyre uenientem ab Ilo Mermeris filio:ill luc.n.cum naui pfectus erat Pharmacum q̃ritans quod ſagittas ueneno inficeret/ſed ille negauit/quod deos ultores uereret̃/Dedit attamen pater meus qui eum magnope diligebat. Talis igitur ſi ille exiſteret cum procis congrediens oẽs proculdubio cito perirent;amaraſq; deguſtarent nuptias/ſed pfecto hæc in deoꝝ ſunt uoluntate ac pcibus ſi rediens domũ uindicabit an contra.Te uero interea meditari iubeo quonãmodo pcos ex ædibus pellas.Nunc itaq; aduerte meaq; cura uerba cras in concionẽ Achæos heroas cõuocã:cũctos adloquere/Di teſtes ſint/pcos qdem diuiſos ad illaꝝ habitatiões redire iube.Mr̃ autem ſi aĩus eſt ei nubere rurſus in patris ſui domũ redeat.Ille nanq; & cõiugium & dotem aliaq; multa ut par eſt erga filiam pr̃ parabit.Tibi uero ipſi diligenter quid ſis acturus monſtrabo ſi tñ obtempabis.Nauẽ quæ ſit optima cum.xx.remigibus apta/cum hac deinde abi de patre inueſtigatũ ſiquis uſq̃ mortalium tibi dicat/uel fama ex Ioue audias qui maxime fert hoibus gloriã.Primũ quidẽ Pylũ pficiſcere ac Neſtorẽ percũctare.Inde uero Spartã ad Menelaum qui ultimus Achæoꝝ rediit.Siqdẽ patris uitã & reditũ audiueris.

Symbolica cœna.

Prouerbiũ homericũ in acerbitate fati de Arpyis.

Nempe quanq̃ in anxietate animi:annum totũ tolerabis. Si uero extin/
ctum intellexeris redibis protinus in patriam/ac ei ſepulchrum excitabis
iuſtaq; funeri de more:aliaq; quammulta/quem matrẽ tuam uiro tribue/
re fas eſt curabis:ubi uero hæc abſolueris tecum cogita quomodo pro/
cos iu ædibus interficias ſiue dolo ſiue manifeſte. Nec enim te oportet in
fantiam ueteri quod non talis exiſtas. An non audis qualem Oreſtes iu
uenis gloriam eſt adſecutus præter omnis mortales quod Aegiſtum ui/
rum doloſum patris interfectorem trucidauerit. Itaq; dilecte fili ut te ma
gnum pulchrumq; adſpicio ſic fortis eris ut de te poſterorum aliquis bñ
loquatur. Nunc ego ad nauem ſotioſq; ibo qui me preſtolari nimis egre
ferunt. Tibi demum ipſe ſis curæ & ad ea quæ dixi animum aduerte. Cui
Telemachus. Hoſpes inquit/hæc nẽpe ut prudens pater filio narras:nec
eorum ego unq̃ obliuiſcar. Sed rogo q̃q̃ feſtinas aliquantulum ſuper/
ſede/ut lætus gaudẽſq; ex me munus pulchrum/honeſtumq; habeas/ac
precioſum mei apud te monumẽtum ſit/quale hoſpes hoſpiti caro dare
ſolet. Ne me o carum caput inquit/Minerua retine nunc iter ſpectantem
donum enim quodcunq; dare cupis rurſus huc redeunti mihi dabis do
mum uti feram/ac quo pulchrius erit eo dignius reddenda uice. His di/ Auis Ano/
ctis ut auis Anopæa euolando diſparuit. Telemacho autem & robur/& pæa.
audaciam addidit:patriſq; ei memoriam magiſq̃ antea deſideriumq; reli/
quit:nam & animo obſtupuit:putauitq; nihilominus eſſe deum: ſtatim
itaq; ad procos abiit:inter quos ſedentes audienteſq; diuinus poeta cane
bat Achæorum dirum reditum/quem ex Troia Pallas mandauit. Huius
Penelope cantum ex ſuperiore thalamo audiens animoq; condens ex ſca
lis deſcendit protinus altis nõ ſola ſed duabus comitata miniſtris ac frõ/
tem uicta pulcherrima ornata uerſus Procos contendit/apudq; aulæ li/
men conſtitit:ancillis ex utroq; latere adſtantibus mox lacrymans Can/
torem adloquitur:Phemie multa quidem homines mulcentia noſti:fa/ Phemius
cta uidelicet mortalium ac deorum quæ canunt poetæ. Tu inter hos cõſi Cantor.
ſtens nunc cantas his tacite ob iter uinũ potantibus deſine quæſo ab hoc
cantu acerbo qui meum ſollicitat pectus quoniam me dolor occupat im
mẽſus mei memoriam uiri:cuius gloria per Græciam ac medium Argos
late uagatur. Cui Telemachus. Mea inquit mater quid inuides aut egre
fers muſicum hunc delectare in his quæ mens ei ſuggerit:non enim can
tores in cauſa/ſed Iuppiter qui hominibus inuentionem ſubminiſtrat ac
cuilibet quam uult materiam ad dicendum præbet:quamobrem nõ egre

ferendum aut ſuccenſendum Danaũ calamitatũ cantu recenſeri:nam euȝ
præcipue cantum hoĩes laudant qui ex his qui nouiſſime contigerũt ma
xime conſtat.Animus igitur tuus audeat/nec audire horreſcat.Non enĩ
ſolus Vlyxes apud Troiam periit/multi nanq; alii interierunt.Veruȝ tu
in Oecum melius ibis ad opa tua obeunda/telam/colũq;/ſimiliter & an/
cillas idem facere iube.Cõſilium ſermoq; uiris omnibus curæ fuerit:mi/
hi præſertim cuius domi eſt imperium. Illa uero admirãs/filiq; uerbum
prudens animo conſiderans ſe rurſus in oecum recepit/ac in thalamũ cũ
ancillis aſcendens/Vlyxem uiꝝ iuum amantiſſimũ flebat:donec dulcem
oculis ſoporem Minerua imiſit.Poſt hæc proci iam inter ſe per ædes fre/
mebant/lectis quieſcere cupientes/quibus Telemachus ait/Proci matris
meæ immenſa cõtumelia uiri nunc qñ licet in epulis collætemur:clamor
abſiſtat ac murmur.Nam ꝓfecto pulchrum hũc poetam dis cantu ſimi/
lem audire.Cras quũprimũ illuxerit oẽs in cõcionẽ uenientes ſedebimus
ut uobis edicam:ex ædibus meis exite:alias curate epulas:alias poſſeſſio
nes editæ:domos mutando:ſi autem hoc uobis melius uidetur eẽ unius
hominis rem impune perdere/perdite/ego deuȝ fidẽ clamabo teſtaborq;
ſi uices opeꝝ puniendas dabunt:impune deinceps & uos intra has ædis
peribitis.Sic ait:at illi labra mordicus tenentes Telemachũ admirabant̃
ut audacter locutus eſſet:cui Antinous/Telemache inquit. Di profecto
te magnum oratorem ac grandiloquum eẽ docuerũt:ne te propterea Itha/
cæ Iuppiter regem conſtituat:quod tuo generi patriũ eſt. Excipiens Te/
lemachus Antinoe inquit/ſiquidem admiraris quodcũq; dico:& hoc ue
lim ex Ioue habere.An malũ in hominibus id eſſe dicis?non ꝓfecto ma
lum aliquod eſt imparare.Imperãs enim & domi auctior & honore ſub/
limior eſt.:Sed Ithacæ nempe & iuuenes & ſenes exiſtunt uiri principes/
quorum forte aliquis poſtq̃ extinctus eſt Vlyxes hoc habeat. Ego tamẽ
domus meæ ſimulq; ſeruoꝝ quos Vlyxes in prædam tulit dominus ero.
Cui Eurymacus Polybi filius reſpondens ait.Telemache hæc in deoruȝ
ſunt uoluntate quiſquis Achæoꝝ Ithacæ regnabit:tu nihilominus poſ/
ſeſſionibus ac ædibus Vlyxis ſuccedes/neq; enim uir ueniret aliquis qui
hæc abs te iuito per uim auferret aut eripet.Sed his miſſis uolo te uir op/
time de hoc hoſpite interrogare unde is eſt uir/ex qua ſe dicit eẽ terra ubi
eius genus & patria fert ne tibi de patre tuo nuncium?an ſui uſus gratia
aliquid expetens huc uenit?quali adſurgens indole ingreditur/neq; co/
gnoſci ſuſtinuit:non enim adſpectu ignauus uidetur.Cui Telemachus

Oecum & prooecum thalamus& antithala/mus.

Telemachus. Eurymache inquit/ Pr̃is mei aduentus ſpes periit: itaq; nũ/cium eius etiam ſi ueniret non facile credam neq; de uaticinio curo: ſiquẽ forte mater mea adcerſens percunctaretur. Hoſpes hic meus paternus ex Tapho eſt Mentem Anchiali filium qui Taphiis impat ſe dicit eſſe: hæc. Telemachus ait: animo tamen deum eẽ arbitrabatur: proci autem in ſalta/tionem & cantum iucundum cõuerſi uſq; ad diei ſerum ſunt gauiſi: dor/mitum inde ſe quiſq; in domũ ſuam recepit. Telemachus item multa ſe/cum animo uerſans cubitum in thalamũ altiſſimũ celebriq; in loco ædifi/catum uenit. Cui Euryclea prouida ardentes præferebat faces: hanc opis Piſinoridis filiam in prima exiſtentẽ pubertate Laertes de ſuo uiginti bo/uum pretio emit: ac honore parem uxori domi habuit. Hæc itaq; faces fe/rebat/ Telemachumq; præter cœteras famulas diligebat: ac tantillum nu/trierat. Ille fores thalami impulit in molliq; conſedit lecto: pulchram de/inde exuens tunicam uetulæ in manibus dat/ quã illa ordine plicans ap/tansq; palo iuxta cubile ſuſpendit. Poſtremo e thalamo egrediens fores anulo hoſtii argenteo contraxit: loro deinde claue deducta occluſit. Hic ille nocte tota ſolo opertus amphimallo iter quod ei Minerua dixerat animo uoluebat.

Libri Secundi Argumentum. B.

Onuocata Telemachus concione nunciat procis ſuum ex Vlyxis c domo diſceſſum & acceptis ab Eurycle itineri neceſſariis a Mineruа uero ſotiis & naue ſoluit ſole iam occidente.

q Vumprimũ effulſit roſeis aurora quadrigis
Continuo e ſtratis proles conſurgit Vlyxis
Induit & ueſtes humeroq; adcomodat enſem
Mollia dein pedibus formoſis uincula nectit
Parq; deo egrediens thalamo præconibus omnis
Concilio cogant extemplo mandat Achæos
Ipſe quoq; ingentem properabat ab ædibus haſtam
Corripiens: geminiq; canes comitantur euntem
Quumq; illi mirum Pallas ueneranda decorem
Preberet populus uenientem ſuſpicit omnis
Inq; throno patrio ueteres ceſſere ſedenti.

Inter quos Heros Aegyptiãs loqui cepit qui ob ſenectam incuruus erat. Quattuorq; habuit filios: quoꝝ unus Antiphus uir fortis inter ſotios Vlyxis ad Troiam nauigauit & ultimus eorum quos Polyphemus in ſpelunca deuorauit. Alius item Eurynomus inter Procos uerſabatur. Duo item reliqui artem continuo exercebant paternam. Is igitur Heros domeſtici luctus non imemor ſic mœſtus cepit. Audite quod dicã Ithacenſes nunq̃ in Conciliũ aut concionem cõuenimus ex illo quo Vlyxes cum nauibus diſceſſit. Nũc autem quis ita repente nos excitauit? que neceſſitas aliquem impulit uel iuuenũ: ſeu ſenũ: qui forte primus audiuerit reuertentis exercitus nunciũ: nobiſq; referre manifeſto: uel certe publicum aliud dicere cõmemorareq; uelit. Bonus enim mihi uidetur eſſe ac plane profecturus: cui imprimis bonũ quod animo tentat auctore Deo bene euenerit: Sic ait. Telemachus uero ob honorem famamq; gaudebat quod nunq̃ in eum diem conſederit aut in concione aliquid dicere tentauerit. Itaq; conſurgens in medio ſceptrum ſumpſit ei a præcone Piſenore uiro prudente adlatum. deinde in ſenem conuerſus ait. O ſenex is qui populum excitauit in concionem non longe abeſt: ipſe quoq; noſſe poteſ: dolor enim me cogit: neq; ut ais redeuntis exercitus nuncium aut aliquod publicum quod uobis referam primus audiui. Sed meũ ipſius dãnum: quod bifariam meã inuaſit domũ: primũ quidem quod parentem

amiſi qui & uobis uti mitis pater olim imparabat. Alterum malum nũc longe maius quod domũ omnem funditus uaſtabit ſuſtãtiamq; diſper/ det. Proci namq; fili magnorum uirorum matrem meã inuitam ſibi expe tunt: continuoq; patris eius Icarii domum adire ſtudent: ut ipſe filiam il li quem maluerit ac magis dilexerit cũ dote locet. Meam inſuper domũ cottidie frequentant: boues: oues: capras pingues mactantes epulantur: uinumq; nigrum potant. multa quoq; abſumuntur: nec cur adeſt qualis noſter Vlyxes huic peſti repellẽdæ idoneus. Nos enĩ minime apti: qum ſimus imbelles ac uirium indociles/ quod ſi uires adeſſent iniuriam pro fecto propulſarem nõ enim toleranda perpetrantur: nec pulchre mea ab/ ſumitur domus/ uoſmet obiurgari ac reprendi patimini: uicinos circa ĩn colentes ueremini: deoq; formidate iram ne mala uidentes facta uos euer tant. Quæſo per Iouem ſanctumq; fas/ quod hominũ cõcilia & ſoluit & conſtituit/ patimini/ meq; tãtum ſinite miſero luctu conſumi ſi nunq̃ pa ter meus optimus Achæos odio perſequẽs incomodis adfecerit: his me munerate malis/ iniqua perpetrantes/ alioſq; incitãtes. Mihi uero utile ſa tis fuerit ſi mea bona prouentuſq; edendo abſumpſeritis: quandoq; pro fecto ex his ultio fuerit/ ac per urbem res uerbo repetemus donec omnia reddantur. Nunc autem meũ animum fruſtra dolore adficitis. Sic iratus ac lacrymãs ait: ſceptrũq; ꝓtinus in terrã proiecit/ ex quo populũ omnẽ miſericordia cepit/ qumq; tacerent omnes/ nemoq; illius duris reſponde re uerbis auderet: ſolus Antinous ſic cepit. Telemache ſuperbe admodũ locutus es/ comprime faſtum/ quid ais? nos uituperas/ ignominiaq; no tans adficis. Proci nanq; quos accuſas in cauſa tibi non exiſtunt ſed ma/ ter tua cariſſima/ quæ aſtutia doliſq; utitur. Tertius enĩ annus eſt ac pro pe iam quartus / ex quo Acheorum animos ſpe continua nutrit/ ac uiro cuilibet nuntios mittens pollicetur/ alia tamẽ mente uerſat. Dolum item alium excogitauit magnã ac tenuem in ædibus telam cõtexens nobis cla redixit: Iuuenes Proci mei quando Vlyxes extinctus eſt meũ coniugiũ tantiſpar expectate donec telam abſoluã Laerti heroi ſeni ſocero meo ut quum eum mori cõtingat ueſtem habeat funebrem: ne qua mihi Achæa rum feminarum ſubcenſeat/ ſi is qui multa poſſidet ſine tunica iaceat. Sic ait/ ilico nobis animus perſuaſus. Hæc itaq; illi interdiu telam ingentem texebat/ noctibus uero accenſis luminibus diſſoluebat. Triennium itaq; dolo tranſegit: ubi autem quartus uenit annus tempuſq; inſtaret: tũc ex illius feminis quædam quæ probe rem nouerat. Hanc ait inuenimus te/

Antinous Tel.

Iam iam abſolutam:quam perfecit inuita diſſoluentem. Tibi igitur Pro/
ci ſic ſe excuſant ac reſpondent:uti plane tecum mente conſideres: noſcãt
item omnes Achæi:matrem tuam abſte mitte:iubeq; nubere/cui pater ip
ſius iuſſerit/& ei placuerit. Quod ſi forte longo tẽpore Achæos hoc mo
do deluſerit quamuis animo ſapiat: operaq; Palladis omnia norit mente
inſuper ſobria ſit ita ut nulla priorum Achæarum laudatarum : neq; Ty
ro neq; Alcmene neq; Mycene ſit & ſagacitate & prudentia ſimilis fuerit.
Attamen in hoc minime ſapit. Nam tandiu hi tuam ederint ſuſtantiam
q̃ diu hac illa mente fuerit : quã di nũc eius infixerũt pectori:que quanq̃
ei in gloriam cedit:attamẽ tibi longe amiſſi patrimonii deſiderium facit:
ſcitoq; nos propterea ad priſtinas artes ac negotia non prius redituros q̃
hæc cui ſibi uidebitur nupſerit. Cui Telemachus Antinoe ait mihi qui/
dem matrem domo emittere non licet eã quæ me peperit & nutriit: meus
namq; pater peregre hinc in aliqua terra aut uiuit : aut extinctus eſt / ex
quo durum mihi fuerit Icario multa reddere ſi eam remittam. Deinde ex
patre meo ſi uiuit multa patiar/ex deo item/qum ea ſiquidem diſcedẽs fu
riis incenſa iras mihi impræcabitur/unde odiũ mihi ex hominibus pro/
uenerit. Itaq; tuam ſententiam minime ſequar. Quod ſi ueſter in me ani
mus iratus eſt hinc meis ædibus abite: alia uobis querite conuiuia: alias
opes domos mutando abſumite. Si autem uobis potius uidetur ac me/
lius unius uiri impune rem perdere:perdite/ego enim deos continuo cla
mabo ut ſi Iuppiter meritum factis exitum dederit impune & uos intra
meas ædis pereatis. Sic dicente Telemacho Iuppiter ex alto montis uer/
tice Aquilas binas aduolare iuſſit : quæ ſimul iunctæ uento impellente
aliſq; micantibus ubi in mediam prouenerunt concionem uoluti in alas
quatientes in omniũ capita irruerunt:pernitiem intentantes ac ora cerui/
ceſq; unguibus appetentes:poſt hec ſtatim dextrorſus abeuntes per habi
tacula ciuitatemq; eorum euolauerunt. Quod illi adſpicientes exorrue/
runt ac quod poſtea eis euenit/animo ſunt ominati / quos inter Alither
ſes Maſtoris filius (is enim ſolus in his agnoſcendis ac turbæ prædicen
dis præſtabat/quæ ad augurium proſperaq; ſigna ſpectaret) ſic ait. Au/
dite quæſo Ithacenſes quæcunq; dixero/ Procis hæc prodigia minantur
quibus magnam prædicam calamitatem. Vlyxes enim nõ procul a ſuis
cariſſimis abeſt:fatumq; ac cedem omnibus his inferet. Inſuper & Ciui/
bus & aliis qui Ithacam incolunt magnum erit malum : quapropter cen
ſeo ut prius q̄ua nã uia id ualeamus euitare excogitemus quod erit lon/

ge melius. Nō enim ignarus ſed ſciens uaticinor: nam & ipſi Vlyxi cuncta exiſtimo quæ ſecum tulit periiſſe: ut ei prædiximus qum Argæi cum quibus ipſe profectus eſt Ilium petierunt / multa uidelicet cum paſſurū mala / ſotioſq; amiſſurum ac anno tandem uiceſimo ignotum in patriam rediturum / quæ omnia nunc euenerunt. Ad hæc Eurymachus Polybi filius O ſenex ait Abi nunc domum: tuis hæc uaticinare filiis ne quid imposterum mali patiantur. Hæc autem ego longe ac tu melius auguror. Aues namq; multæ ſub ſolis radiis diſcurrūt neq; omnes fauſtæ. Ex quo Vlyxes hinc procul periit cum quo ſimul tu quoq; perire debueras. Nō enim tot amplius nobis mala prædiceres: neq; Telemachum iratum ſic perſuadendo tibi conciliares tuæ domui donum aliquod expectans ſi tamen per illum licebit. Verum hæc tibi dico quæ & euenient ſi tu qui uetera multaq; noſcis iuuenem hunc uerbis accendēs ut propterea ſpiritus adſumat: ipſi in primis incomodum erit: nihil profecto egeris horū gratia quæ dixiſti: Tibi nos hanc pœnā quam animis quorundam intentare uideris proculdubio infligemus. Telemachum ego ſic in omnibus fideliter admonebo: Matrem ſuam ad domum patris iubeat diſcedere. Ille & nuptias & dotem & demū quæcunq; patrem erga caram filiam decet facile ordinabit. Nam Achæos ego nunq̄ deſituros aliter puto a perſequēdo optandoq; ipſius coniugio: quod nullū iam metuant aut curent. Nō Telemachum quāuis loquacem minacemq;. Non item uaticinia tua ſenex que ſine fine iactas / ex quibus tu potius odium ſuſtinebis. Nam ſic opes Telemachi magis abſumentur: dum Achæi matris expectant nuptias: nos quoq; inter nos propterea de uirtute ac meritis cottidie contendimus / nec alias tentamus conditiones quæ forte ſingulis conuenirent. Huic Telemachus Eurymache inquit & uos alii inluſtres Proci: hæc ego uos nō amplius rogo aut hortor quæ iam & di & omnes norūt Achæi: tantum mihi nauem præbere celerem ac comites uiginti qui mihi nauigando utrimq; iter ſecent. Spartam ac Pylum petam: patris mei peregrinantis reditum inueſtigans / ſi quis mihi mortalium referre habeat / uel famam aliquo modo ex Ioue audiuerim quæ maxime fert mortalibus gloriam / ſiquidem eius uitam & reditum intelligam Annum profecto in peregrinatione & miſeria ſuſtinebo. Si uero extinctum eſſe accipiam: in patriam reuertens tumulum ei excitabo: iuſtaq; funeri / ac alia quæ decent curabo / ſimulq; matrem uiro nuptui tradam. Sic igitur locutus conſedit Mentor uero qui Vlyxis fuerat ſotius cui ue diſcedēs ille curam domus

rotius mandauit & ut ſeni obtemperarent : firmaq; omnia ac integra cu/
ſtodiret/tunc exſurgens ſic exorſus eſt. Audite Ithacenſes quæcũq; dixe
ro. Nullus deinceps rex ſceptrum tenens placabilis mitis ue exiſtat neq;
animo ſibi æqua decentiaq; proponat/ ſed durus immitiſq; ac aliis inco/
modus. Heu q̃ nullus meminit Vlyxis populorum quibus imperauit
q̃ dulcis exiſteret pater . At ego minime inuideo quum adſpicio Procos
hos talia indigna animo inſolenti perpetrare:ſuo℞ enim capitum pericu
lo domũ Vlyxis deuorant/quem minime rediturũ adfirmant.Sed & reli
quo ſuccenſeo populo quo nam modo silẽtes ſedetis omnes/ nec uerbis
reſiſtentes multi qum ſitis paucos Procos coercitis . Cui Liocritus Eue/
noris filius rñdens Mẽtor inquit iurgator/ſtulteq; animo/quid ais:nos
adhortaris deſiſtere. Durum profecto certare cum his qui & uiri ſunt &
plures præſertim circa epulas ocupatos . Siquidem Vlyxes ipſe ſuperue
niens Procos in ſuis ædibus comedentes expellere tentauerit uxor prop
terea minime lætabitur quanq̃ magnopere aduẽtum eius deſiderat : quũ
ipſius indecens fatum ſecutura ſit ſi cũ pluribus ille certauerit.Quaprop
ter haud recte locutus es ſed & uos turbæ ad officium arteſq; ueſtras iam
diſcedite. Telemacho autẽ & Mentor & Alitherſes iter ſuadẽt . Hi namq;
ab initio patrii ſunt ſocii uerum ego exiſtimo ſi apud Ithacam aliquãdiu
reſederit nuncium de patre audiet.Ex quo hac uia forte ſuperſedebit.His
dictis ſtatim concilium miſit At illi huc illuc ſparſi quiſq; domũ prope/
rauit.Proci uero in Vlyxis domum ſe receperunt.Telemachus autem ſe
paratim ad maris tendens littus ac manus aqua marina lauans Mineruã
talibus præcatur.Audi queſo me dea quæ externa die meam petiiſti do/
mum & me naui iuſſiſti pontũ ingredi ac de reditu patris mei diu abſen/
tis ſciſcitatũ ire: Achæi præſertim Proci hæc omnia abſumunt.Sic oran
tem illa Mentori corpore & uoce adſimulata compellans ſic adloquitur.
Telemache non ad extremũ ignauus eris neq; amens: Si enim patris tui
robur & uirtus in te fuerit qualis erat ille ad aliquid re ac uerbis obeun/
dum ſic tu negotium quod dico perficies:neq; impoſterum uia fruſtra ti
bi aut penitenda erit. Si autem illius ac Penelopis proles nõ exiſtis quæ
tentas minime te ſperauerim perfecturum.

Pauci nam ſimiles patribus naſcuntur honeſtis
Peiores longe ueniunt pars maxima ſemper.

Oratius. Aetas parẽtũ peior proa/uis tulit nos nequiores.

Sed quando nõ ignauus ſucceſſor neq; ſtultus es/ nõ item omnino Vly
xis te indoles deſeruit.Spes eſt te opera hæc in futurum obire.Quamob

ram nũc Procerum & conſiliũ & ſententiã mitte qñ nec prudentes neq; iu
ſti ſunt neq; itẽ mortem fatumq; ſuũ: quod prope diem inſtãs omnis eſt
perditurũ facile norunt. Tibi autem uia quam animo uoluis nõ procul
aberit. Ego uero tibi ſotius paternus adero qui nauem tibi celerem para/
bo ſequarq; quocunq; ieris. Tu tãtum nunc domũ propria ac Procis fac
uerba/para uiaticum/uaſibus omnia congere neceſſaria. Vinũ in ampho
ris farinamq; hominũ ſuſtãtiam in pellibus denſis: ego interim in popu
lo ſotios uoluntarios colligam. Sunt namq; naues multæ nouæ ac uete/
res in littore Ithacenſi/quarum ego unã quæ optima uidebitur deligens
hanc inſtruet ac magnum in pelagus deducemus. His ab illa monitis Te
lemachus non amplius moratus ubi deam audiuit/e ueſtigio domũ con
citatus properat ubi Procos iniquos in aula ædos ſueſq; edẽtes offendit
inter quos Antinous ridens aduerſus iuit/blandeq; manu ſalutãs ac uer
bis compellans ait. Facũde Telemache impetum compeſce: neu aliquod
pectore uerbum opuſue meditare: uerũ ede atq; bibe ſicuti prius. Achæi
nãq; cuncta hæc quæ poſcis adfatim ſubminiſtrabũt & nauem & lectos
remiges ut Pylũ celeriter eas ſciſcitatũ de fama patris. Cui Telemachus.
Nõ eſt inquit cur cũ inſolentibus proteruiſq; uobis ego mitis epuler: an
aut una gaudeã: an nõ ſatis añ hac mea multa bona poſſeſſioneſq; o Pro
ci cõſumpſiſtis? tunc enĩ paruus admodũ erã/nũc grandis factus aliorũ
auſculto ſermonibus/percuntor/ mihi animus prope modũ eſt auctus:
tentabo uos in malã deducere ſortẽ: uel Pylum petens aut apud hũc po/
pulũ: ibo quidem nec uanũ puto iter quod prædico erit. Etenim merca
tor/nõ nauis aut remigũ Rector fio quẽadmodũ uobis potius eſt uiſum
Dixit & ab Antinoi manu manũ facile diſtraxit. Proci autẽ reliqui circa
epulas occupati erãt uerbiſq; ſic obmurmurabãt atq; carpebãt. Nõ dubiũ
quin Telemachus nobis mortẽ meditat᷑ uel ex Pylo fortes uiros uel ex
Sparta ducet: qñ uelox grauiſq; uidet᷑ diſceſſus ſeu forte Ephyrã conten
det uberem admodũ terrã: ut hinc uenena ꝑparet ac cibariis ordeoq; miſ
ceat ut nos de medio tollat. Alius itẽ iuuenũ ſuperboꝝ ſic aiebat. Quis
nouit ſi forte hic nauem ſoluẽs ac lõge peragrãs a domeſticis erret: uelut
Vlyxes ac pereat: ſic laborem nobis augebit ꝙ poſſeſſiones inter nos di/
uidemus. Domũ uero eius matri dabimus/ac illi cuicũq; nupſerit. Sic in
ter eos cauillabant᷑/at Telemachus in pr̃is thalamũ excelſum aſcẽdit ubi
aurũ æſq; aceruatũ iacebat. Inſup ueſtes in loculis conditæ ac oleũq; ſatis
odoratũ aderãt. Parte alia dolia uini dulcis ac ueteris diuinũ intus potũ

habẽtia ordine uſq; ad murũ cõtinuabãt:ſi qñ Vlyxes poſt multos labõ
res rediret ordinata:Hic bifores ianuæ pulchræ cõpactæ ceciderant/ qua
ꝓpter Euryclea Opis Piſinoridis filia'quæ prona erat / ſedulo diebus ac
noctibus cuſtos adſidebat/oĩaq; ingenii ſolertia ſeruabat.Hanc Telema
chus in thalamũ cõpellãs his uerbis adloqt̃.Cara nutrix agedũ uinũ mi
hi in amphoris auri qđ dulcius fuerit poſt illud tibi ſeruatũ Vlyxi miſe
ro qñ uti putas ex erroribꝰ redierit Duodecim uino dolia implebis/eaq;
clauſa opculis aptabis. Deinde farinã in culleis ex pelle cõſutis mihi pro
mes Vigiti ſane mẽſuras molitæ farinæ quales ipa ſola noſti:ſimulq; oĩa
cõgregata exiſtãt.Cras eñi ſole occidẽte ſoluã/'q̃primũ mater in thalamũ
ſupiorẽ ſe recepit cubitũ.Spartã igit̃ ibo Pylũq; cari genitoris reditũ per
cũctaturus ſic ait.At nutrix lacrymãs talibus rñdet.Quid o cariſſime nate
in mẽtẽ nũc tibi uenit/quo uis ire/ tãtũ ne telluris ſolus obire dilectuſq;?
Vlyxes quidẽ lõge a patria fortaſſe in ignota patria periit. Deinde hic in
te Proci mala cogitabũt ut dolo pereas/ex quo hæc tua inter ſe diuident.
Quare ſi ſapis hic cũ tuis quieſces:nec in ponto errare te oportet ubi ma
la multa ſubibis.Cui Telemachus.Bono ſis inquit animo nutrix:quod
non ſine deo hoc meũ conſiliũ exiſtat ſed iura matri te nihil dicturã ãnte
Vndecimum Duodecimũ ue diem ſeu priuſq̃ adpulſum me audiat atq;
deſideret:ne corpus formoſum lacrymis corrumpat. Ad hæc illa ſtatim
magno deorum iureiurando iurauit: quo facto uinum in amphoras au
ſit/farinaq; quantum opus culleos ex pelle conſutos impleuit.At Tele/
machus inde domũ proficiſcitur Procos adlocuturus . Minerua interea
ipſi Telemacho adſimilata urbem totam pererrat:ſotios nauales hortat̃
ut ueſperi apud nauẽ conueniãt iubet.Sol interim occidit umbræq; uias
omnis occupãt.Tunc nauem ad mare traxit/ac arma cunctamq; ſupelle/
ctilem in ea poſuit'que naues ferre ſolent eamq; in extrema portus parte
ſtatuit circaq; ſotii aderant cõgregati quos omnis dea eſt adhortata. Hic
alia cum egiſſet : tum ad domum properat Vlyxis ubi Procis finem bi/
bendi poſuit : dulcem deinde ſomnum iniecit quo iam grauatis pocula
e manibus excidebant. Itaq; non diu morati domum quiſq; per Vrbem
repetit cubitumq; ſe recepit. Eadem inſuper Mentori adſimilata Telema
chum ex ædibus regiis ad ſe compellat. Telemache inquit iam ſocii na/
uales remus adcincti uti ſoluas expectant. Itaq; iam eamus ne mora diu
ſimus itineri . Sic ait ſtatimq; prima uiam ingreſſa eſt ille ſubſequitur:
Vbi uero ad mare peruenerunt ſotios preſtolantes offenderunt quibus

Telemachus ait Venite fidiſſimi cibaria neceſſariaq; naui imponamus/iſ domi congregata ſunt omnia/Mater enim mea/cæteræq; famulæ hæc ignorant præter unam. Sic dicens præit illi ſubſecuntur: cunctaq; ſimul ferentes ut erat iuſſum naui impoſuere. Poſt hæc Telemachus ratem conſcendit Minerua deinde clauum tenens in puppi ſedet: illeq; item iuxta: ambo autem oram ſoluerunt. Poſtremo reliqui tranſtris ordine conſederunt/quibus dea Zephyrum proſperum quidem flatum immiſit. Telemachus uero ſocios arma expedire iuſſit/illi obtemperantes ſtatim malũ abiegnũ media in naui erigentes ſtatuere/ inferiuſq; baſim rudẽtibus adligauere. Vela deinde alba tractis rudẽtibus pandunt: turgent media flatibus: fluctus circa carinam euntem obmurmurant: quæ uiam fœliciter ſecans percurrit undas. Armis demum naui adligatis crateras ſtatuunt & uina coronant: libantq; dis ĩmortalibus ac primũ Mineruæ. Nocte igiť tota uſq; ad auroram in itinere fuerunt.

Libri Tertii Argumentum. C.

T Elemachum unacum Minerua uenientem Neſtor excepit hoſpitio quibus ea que Græcis euenerunt e Troia redeuntibus enerrat percunctanſq; de Procis & audiens Mineruam eſſe abſentem ei ſacrificat. Telemachus uero aurum accipiens unacum Piſiſtrato illius filio Spartam contendit. Nocte autem ſuperueniente apud Diodem Pheris diuertunt.

S Ol maris interea exſurgit pulcherrimus undis
Cœlicolis terraſq; iubar laturus in omnes
Pars Pylon adcedunt præclaram Neſtoris urbem
Pars tibi nigrantes mactant Neptune iuuencos
Adcincti: ſtatuuntq; nouem per littora ſedes
Cuilibet & totidem tauros poſuere ſacrantes
Ac quinquageni reſidebant ordine nautæ
Viſcera mox pandunt: Neptuno cætera torrent
Aſt alii recta ducunt ad littora nauem
Vela legunt: dulci demum potiuntur arena
Telemachus mox deſcendit: cui diua Minerua
Dux erat/ac illum ſic eſt adfata uerentem.

Telemache nõ opus uerecũdia uel tãtulũ: Hac.n. de cã põtũ nauigaſti ut de p̃re ubi terraꝝ ſit aut q̃d factũ ſit ſortitus pcũteris. Nũc age recta ad

Neſtorem contende ut ſi quod in ſenis pectore conſilium latet/illum ob
ſecra ut uera referat:a mendacio profecto procul eſt quum magnopere ſa
piat. Cui ille Mentor inquit quonam modo ipſum percunctabor non/
dum in uerbis cultus:aut indicendo exercitatus. Pudor præterea homi/
nem iuuenem ſenem interrogare. At illa Telemache inquit alia quidem
in pectore tibi mens/alia uero tibi deus ſuggeret ac mõſtrabit. Nõ enim
te fruſtra diſq; inuitis natum ac nutritum exiſtimo. Sic dicens prima uiã
adripuit ille ſubſequitur. Ad hominum tandem Pyliorum frequentiam
ſedeſq; perueniunt. Hic Neſtor cum aliis conſidebat. Circa uero ſotii cõ
uiuium parantes carnes aſſabãt. Alii uerubus trementia figunt:qui quã
primum aduenas conſpexere confertim omnes obuiam procedentes dex
tris conſalutauere deinde ſedere iuſſerunt. Primus Piſiſtratus adcedens
amborũ manum prætendit:menſæq; iuxta adibuit ac in mollibus puluil
lis ſupra maris arenas inter Thraſimedem patruum/patremq; Neſtorem
locauit/parteſq; uiſcerũ adpoſuit / uinum præterea in aurea patera fudit.
Deinde uerens Mineruam multis adloquitur. Liba hoſpes regi Neptu/
no quo iuuante huc uenientes in has epulas incidiſtis. At poſtq̃ libaue/
ris ac uoueris uti fas eſt da huic item alteri pateram pariter ut bibat:nam
& hunc puto deos oportere orare:quum omnes homines diis indigeant.
Verum quod iunior ſit & mihi coeuus tibi primum aureum poculũ da/
bo. Sic ait ac manibus pateram uini dulcis præbuit. At Minerua ex ho/
minis æquitate ac ſapientia gaudebat quod ei primum pateram dediſſet:
ſtatimq; Neptunũ orauit. Audi Neptune inquit nobis uouentibus ſis
propitius & quæ peto perfice/Neſtori primũ ac filiis gloriã tribue dein/
de aliis Pyliis omnib9 inclitæ Hecatombæ præmiũ gratũ. Da deniq; Te
lemacho mihiq; ea exequi quorũ grã huc adplicuimus. Vbi aũt hæc ora
uit ac cuncta ex ordine perfecit Telemacho paterã ut ipſe ſimiliter oraret
pbuit. At illi quos ſupra memoraui circa Neſtorẽ eſſe poſtq̃ carnes aſſa/
uere ac exigue eripuere in ptes diuiſerũt poſtremo comederũt. Poſtq̃ ue/
ro potus cibiq; cõpræſſa libido Neſtor ſic cepit. Nũc demũ pulchri9 hoſ
pites percuntari qui nã ſint qñ ex cibo ſunt exhilarati. Hoſpites cuiates
eſtis? quo per liqdas uias tẽditis an ob uſum aliquẽ uel potius fruſtra er
rãtes ueluti prædones p mare currẽtes:mortis periculũ adeũtes ut aliis in
comodũ ferãt? Cui Telemachus ſapiẽs fidenſq; animi(nã Minerua ei au
daciã dederat ut de abſente patre prõpte interrogaret)ſic reſpõdit. O Ne/
ſtor ingens Achæorũ gloria rogas unde ſumus:Ego uero dicã. Nos ex

Nota.
Nam percun
tari puerum ε
pudor eſt ſe/
niorem.

Ithaca huc naui aducti ſumus:cauſa eſt nequaq̃ publica ſed priuata.Pa/
tris mei Vlyxis famam uenio ſciſcitatum ſicubi audiuero : quem quan/
doq; dicunt tecum petẽtem Troianorum urbem expugnaſſe. Alios qui
dem omnis quot cũ illis pugnauere qua in parte quilibet perierit audiui
mus:illius tantum fatum inauditũ ac indeprenſum Iuppiter eſſe uoluit.
Nullus enim manifeſto dicere potuit ubi gentium extinctus fuerit ſiue
in terra ab hominibus iniquis deprenſus:ſiue in mari inter fluctus Am/
phitrites.Huius igitur rei gratia tua nũc genua peto ſi uolueris illius fa/
tum miſerabile referas ſicubi tuis oculis uideris ſeu ex aliquo errante for
te quicq̃ de illo quem profecto miſerum genuit mater audiueris.Ne que
ſo me uerere mœſtum reddere:aut mei miſericordia deſiſte ſed oro dic or
dine ſicubi uideris : ſi meus unq̃ pater Vlyxes uerbo tibi uel opera gra/
tus fuit in populo Troiano ubi multa ſimul paſſi eſtis incomoda.Hoꝝ
igitur nunc reminiſcere ueraq; mihi fare. Huic contra Neſtor o nate in/
quit poſtq̃ laborum meminiſti quos Achæi apud Troiam uiribus exer
citi tolerauimus ſi quidem omnia narrauero quæ in nauibus errantes cir
ca prædam ubi Achilles dux erat : uel quanta circa ædis Priami pugnan
do geſſimus ubi tot fortes ceciderunt : ubi item Aiax fortiſſimus iacuit:
ubi Achilles : ubi Patroclus : ubi deniq; meus filius cariſſimus Antilo/
chus in pugna ſimili & curſu præſtantiſſimus / ac alia quidem multa in
his paſſi ſumus:quis omnia ſermone proſequeretur? Nõ profecto ſi an
nis quinq; ſex ue dicẽdo perſeuerares nunq̃ quot mala ſunt paſſi Achæi
referre poteris:uerum triſtitia prius adfectus in tuam patriam reuertaris.
Annis nouem circa Troiam omnibus inſiſtendo dolis mala ſtruimus:
uix tandem Iuppiter finem dedit. Nullus hic ingenio conſilioue Vlyxi
æquiparari ualuit quod dolis omnib9 ceteros antecelleret ille Pater tuus
ſi uere illius es proles : nam ſimilitudinem eius quandam præteferre ui/
deris ex ipſo ornatu decoreq; uerborum . Nullum enim diceres iunio/
rem tam apte decoroq; loqui ſermone . Hic igitur ego & Vlyxes dum ſi
mul eramus nunquam in concionibus aut conſiliis diuiſi animo aut ſen
tentia fuimus / ſed unam ambo mentem retinentes Argæis in medium
quod optimum factu eſſet conſulebamus. At poſtquam Priami Ciuita
tem expugnauimus naues conſcendimus deus Achæos diſperſit. Tunc
Iuppiter animo perniciosum ipſis reditum excogitauit : quod minime
ſapientes:minimeq; iuſti eſſent omnes:quamobrem multi ex ipſis exitu
malo perierunt ob Palladis iram quæ inter Atridas fratres diſcordiã po

ſuit.Ex quo illi in colloquium omnis conuocarūt Achæos ſole iam oc/
cidente non quidem ordine: Nam & uino grauati de rebus conſultaturi
uenerunt quarum gratia congregati erant. Hic Menelaus imprimis iu/
bet omnes per latum mare reditum ſpectare ac domus reminiſci/ at Aga
memnoni nequaquā ſententia placuit:cupiebat enim populum retineri:
ac ſacras facere Hecatombas ut Mineruæ iram placaret: ſtultus qui non Nota.
uidebat id non poſſe perſuadere. Non enim deorum īmortalium mens
aut conſilium facile mutatur. Dum igitur duris inter ſe fratres uerbis cō
tendunt Achæi uoce frementes magna: ſimulq; diſcordes bifariam ſen/
tentiis diuiſi ſunt. Nocte quidem ea dormiuimus dura mentibus inter
nos uoluentes Iuppiter inſuper incomodum parabat. Mane quidem na
ues in mare traximus:bonaq; ac mulieres impoſuimus. Pars noſtrum di
midia ſeſe continentes cum Agamemnone remanſerunt: pars altera per
pontum dei munere quietum uelociter adnauigātes peruenimus in Te
nedum:ubi ſacra dis fecimus domum redeuntes:Iuppiter autem animo
ſeuus reditum minime permittebat qui ſecundam rurſus inter nos con/
tentionem excitauit. Nam qui cum Vlyxe erant iterum nauem aſcenden
tes ad Agamemnonem retro redierunt. At ego cum uolentibus nauibus
quæ me ſequebantur fugi: quod multa nouerim que deus meditabatur
fugit & ſtrenuus Tydei filius Diomedes: ſocios inſuper excitauit. Sero
aūt poſt nos uenit Menelaus in Leſboq; longā adhortantes nauigatio/
nem inuenit:ut uel infra Chium ad inſulā Pſyriam ſiniſtrorſus: uel ſu/
pra Chium iuxta Mimanta tenderemus. Orauimus aūt deum uti ſignū
portentum ue oſtenderet qua potiſſimū ingrederemur:at ille nobis mō/
ſtrauit: iuſſitq; medium ſecare pelagus in Euboeam: ut incomodum ue
lociter uitaremus. Cepit autem ſtridulus flare uētus:ex quo celeriter piſ/
coſum diuiſimus pontum atq; in Geræſtum nocte adplicuimus:Neptu
no quoq; Taurorum crura multa optulimus magnum emenſi pelagus:
quartus erat dies quando apud Argos ſotii Diomedis naues firmauere
At ego Pylum tenui: nec unq̃ ſecundus deſiit uentus ex quo illum deus
excitare cepit. Poſtq̃ uero in patriam inſcius inauditusq; perueni nate ca
riſſime:qui ex Achæis ſeruati ſunt: qui ue perierint nō ſatis noui:quæ/
cunq; aūt in noſtris reſidens ædibus audiui q̃tum fas eſt docere nō te ce
labo. Myrmidonas nāq; dicunt oīno incolumes ꝑueniſſe quos Achillis
ꝓclarus filius duxit. Incolumē itē Philoctetem Pœnantis nobilē filiū: oīs Græci qui
deniq; ſotios Idomeneus in Cretā reduxit q ex bello fugerūt:nec ullus ꝑ incolumes
redierunt.

Ponti tempeſtatem deſideratus : Atrides quoqꝫ ipſi audiiſtis ſeparati ab
aliis exiſtentes quomodo peruenit Aegiſtus ei necem intulit amarã: Ve
rum pulchre penas repetiit quũ filium optimũ reliquerit : qui parentem
ulciſcens Interfectorẽ doloſum trucidauit. Sed & tu nate chariſſime(gau
deo namqꝫ te & magnũ & decorum)fortis eſto ut te nepotum aliquis cõ
mendet. Ad hæc Telemachus inquit:O Neſtor ingens Achæoꝝ gloria
pulchre quidem ille patrem eſt ultus unde Achæi decus illi & honorem
maximũ ferent famamqꝫ ac præconiũ poſteris tradent. Vtinam mihi dii
uires eas præberent ut poſſim deteſtandam Procoꝝ audaciam plecteres
qui mihi inſultantes indigna continuo perpetrant facinora . Verũ non
dum mihi patri ue meo di tales opes apſtulerũt:nũc tamẽ tolerare opus.
Cui Neſtor dilecte inquit quando hec memoraſti Ferũt matris tuæ gra
tia multos in ædibꝰ tuis Procos te inuito eſſe malaqꝫ multa irrogare. Dic
quæſo an uoluntarius uinceris : an te ciues odio perſecuntur in populo
dei uaticiniũ ſequentes: quis nouit ſi uel ſolus uiribus fretus eos ille re
uertens puniet:an omnes ſimul Achæi? Si enim te Minerua curabit pro
culdubio & Vlyxis curam geret in populo Troiano ubi multa ſimul pa
ſſi ſumus. Non enim adhuc uidi Deos ita quemq̃ curantes ut Minerua
Vlyxi manifeſte adſtitit: quam obrem ſi te pariter amare uelit & curã ani
mo tui geret unde facile aliquis illoꝝ nuptiarum obliuiſcetur. Cui Tele
machus Nondum ſenex ait hoc perfici poteſt:rem profecto ualde mag
nam miramqꝫ dicis nec mihi ſperanti ullo modo ſucceſſuram:uel ſi di ip
ſi uoluerint. Ad hæc Minerua quod inquit ex ore tibi uerbum excidit?
facile deus uolens uel procul hominem ſeruabit. Malim ego labores pa
ſſus multos in patriam tandem incolumem reuerti q̃ facile domũ contin
gentem perire ut Agamennon dolo uxoris & Aegiſti periit . Sed profe
cto fatale exitum nec ipſi di homini quanq̃ cariſſimo uolent auferre quã
do ſeua parca mortis inimicæ iubet. At Telemachus Mentor inquit nõ
dum hec memoremus quãuis pia ſit cura nam illi non ſatis adhuc explo
ratus reditus : quin potius di mortem ei ac fatum excogitaſſe uidentur.
Nunc aliud uolo Neſtorem interrogare quod is & iuſtitia & ingenio ce
teris preſtet. Tribus enim hominũ generationibus impaſſe dicũt exquo
mihi cum ĩmortalibus loqui conſiderareqꝫ placet . O Neſtor dic quæſo
uerum quomodo Agamennon periit ubi nam Menelaus erat:quod ei fa
tum doloſus intulit Aegiſtus quũ longe uiribus fortiorem interfeciſſet
an non Argis erat. ſed alibi inter hoĩes errabat ? quod ſic illum audacter

ſit aggreſſus. His Neſtor reſpondens: tibi nate inquit cũcta uera loquar: hoc enim exiſtimo quod & profecto accidiſſet ſi uiuentem Aegiſtum in ædibus Menelaus ex Troia reuertẽs offendiſſet nõ profecto morientem ſparſa ſupra humo circumfudiſſet: ſed in campo iacentẽ procul Argis canes/aueſq; diſcerpſiſſent: nec ulla Achæarum fleuiſſet/quũ factum maxime deteſtatæ ſint. Nos enim apud Troiam eramus multa obeuntes certamina. Ille uero quietus in penitiore Argo ſeſe continebat/ multis Agamemnonis uxorem delinire cupiens. At dia Clytæmneſtra prius mente utẽs bona rem probroſam deteſtabatur: abnuebatq; quod iuxta præceptor & philoſophus adeſſet: cui Atrides Troiam petens ad uxorem ſeruandam multa mandauerat. Verum quando deoꝝ fatum eam uicit/tunc præceptorem in deſertam mittens inſulam auibus cibum rapinamq; reliquit. Hãc demũ uoluntariã Aegiſtus in domũ traduxit ſuam multa animalium crura ſacrificiis aſſari apud altaria: multas item ſtatuas ſimulachra & aurũ ſuſpendit ut magni uoti compos quod nunq̃ ſperauit. Nos autẽ ex Troia reuertebamur: ego & Atrides eadem & amica inter nos ſentientes. At quũ in Sunium ſacrum Athenienſiũ promontoriũ peruenimus hic Apollo Menelai gubernatorem ſuis uelocibus ſagiptis peremit clauũ currentis carinæ in manu tenentem Phrontem Onetoris filiũ: qui in regenda naui quum procella irrueret cunctis precellebat hominibus. Atrides autem quanq̃ iter adcelerans hic aliq̃diu ſuſtitit: ut ſotio ſepulchrum iuſtaq; faceret. At ubi ille per pontum nauibus pergens Malienſium promontorio adliſit: tunc Iuppiter orrendum iter excogitans uentoꝝ ſtridentium flatus excitauit qui reſonantes fluctus inſtar montium in ſublime tulerunt. Hinc ille ſecans iter Naues Cretæ propinquas reddidit. Prominet autem in põto in extrema Gortynos urbis parte ſaxum altiſſimũ. Hic notus ingẽtem undam in leuũ promontorii cacumen uſq; phæſtum impulit. Huc igitur uiri uenere ac de induſtria periculũ uitauere. Naues uero uſq; in ſpecus fluctus compulere. Quinas tantũ ex illis uentus undaq; in Aegyptũ diſpulit. Atrides autem dum hic multum auri & ad uictum neceſſariorum cogens ad alienas diſcurrit gentes/interim Aegiſtus domi indignũ facinus perpetrauit/Agamemnonẽ trucidando populum perdomuit. Annis ſeptem Mycenis imperauit. Octauo autem malum quidem. Oreſtes Athenis proficiſcens patrem quidẽ Aegiſtum occidendo ulciſcitur/pro cuius ſimulq; matris ſepulchro Argæis conuiuiũ fecit. Eadem ferme die Menelaus ſuperuenit ſecum multas nauibus

quantas capere potuere ferens opes. At tu fili ne queſo procul a domo ab erres bona relinquens/uiroſq tuis in ædibus adeo iniquos ut tuá edant ſuſtantiam/cūq iter nihilominus mane ſuſcipias. Sed hortor iubeoq ad Menelaū eas qui nuper peregre rediit ex alienis gentibus unde nunq̄ ani mo redire ſperet ſi quis eo per pelagi īmenſi procellam feratur: quod nec item aues anno toto uolando metirentur. Verū ī nunc naui cū tua tuiſq ſotiis. Si autem uis per terramīadſunt tibi & biiuges & equi/meiq ſimul filii qui tibi in Lacedæmoniā urbem duces erunt ubi Menelaus habitat: oraq illum ut uerum tibi dicat: mendaciū cauebit/ quod ſit longe prudē tiſſimus. Sic ait: ſol in terra umbras ingrediens occidit. Deinceps Miner/ ua ſic ait. O ſenex profecto hec omnia probe locutus es/nūc quod eſt re/ liqum linguas incidite/ uinū fundite ut Neptuno. aliiſq dis libantes de ſonno cogitemus/cuius iam hora. Nam lux abiit obſcura nox uenit/nec decet in Deorū conuiuiū properare ſed abire. Illi uero ſic deæ mandanti auſcultauere/protinuſq dant manibus famuli lympham: crateraſq uino coronantes omnibus præbent a Pateris incipientes/linguas igni torrent ſurgenteſq deguſtant. Vbi uero libarunt/ potaruntq quantū cupit ani/ mus. Tūc Minerua & Telemachus ambo ad nauem redire cubitum ſta/ tuebant. Verum illos Neſtor cōtinuit uerbiſq caſtigans Iuppiter inquit diq reliqui hoc non faxint ut uos ad nauem reuertatis a me diſcedentes tanq̄ paupere omnino/& cui nec læna neq ſtragula ſint/aut ulla penitus facultas hoſpites molliter lecto excipiendi. Apud me uero & lænæ ſunt & ſtragula pulcherrima. Nunq̄ igitur me uiuo Vlyxis filius in nauis ſen tina dormitū ibit. Nā domī meæ pueri ſunt relicti qui hoſpites ad meas ædis diuertentes excipiendi curam habeant. Cui Minerua: probe quidē o ſenex inqt locutus es. Te nāq Telemachū imprimis adhortari oportet. nā longe ſic melius. Is enī nunc te ſequitur ut in tuis ædibus cubet. Ego uero ad naues ibo ut ſotios adhorter ac ſingula narrem/ ſolus enī ſenior inter eos exiſto/ceteri Telemacho coæui/iuuenes me ob amorem ſponte ſecuntur. Itaq ibi ego in naui dormiam. Quumprimū uero illuxerit ad Gaucónas magnanimos tendam ubi mihi pecunia debetur/ nō quidem noua neq pauca. Tu autem ubi domū abieris tuam cum Telemacho cur rum filiumq tuū equos quoq curſu leuiſſimos & robore probatos mit te. Minerua ſic locuta ſtatim abiit Fulicæ ſimilis: ex quo ſtupor omnis inuaſit/ admiratus & ſenex Telemachumq manu traens ſic adloquitur. O nate non te iam puto ignobilem neq ſine præſidio eſſe: quando te iu

Nota.

Liguas poſt cœnā cū cubi tum ire uole bant.

Nota.

Dis hora cœ næ nocte in/ cipiente.

uenem di duces comitantur·Nō enim alius deorum q̄ Minerua tritoge/
nia hæc ferme eſt quæ patrem optimū apud Argos ueneratur. Sed o Re
gina præſens mihi ſis:daq; decus & gloriam mihi imprimis ipſi: deinde
filiis ac pudicæ uxori. Tibi nanq; iuuencam indomitam lata fronte/quā
ue nullus adhuc iugo ſubiecit:cornibus auratis mactabo. Sic ait implo/
rans. Hunc audiit Minerua: Neſtor deinde filios & generos ſecum ducēs
ædis ſpatioſas petit quo poſtq̄ peruenerunt deinceps ordine in ſedibus
ac thoris conſtiterunt. His igitur ille craterem uini dulcis præbet: quod
anno undecimo proma releuit:ac pleno dolio ſoluit. Hunc itaq; offerēs
multa Mineruæ uouit. Vbi uero libarunt biberuntq; quantū iuſſit ani/ Nota.
mus reliqua inferior turba domū quiſq; rediit. Telemachū uero Neſtor Quod hoſ/
in lectos pulchre diſtinctos & ad fabre laboratos cubitum ſub Porticū pites ī atriis
duxit:iuxta uero Piſiſtratū uiroꝝ præſtantiſſimū qui minor inter filios & domo in/
domi erat. Ipſe uero in domus alte penetralibus dormiit/cui regina uxor feriore loca/
lectum cubileq; porrexit. Aurora uero apparēte Neſtor e ſtratis ſurgit/ac bantur.
ueniēs ſupra lapides q̄dratos ſedit hi añ altas iacebāt portas albi quidē ac
claro uibrantes liquore ſupra quos prius Neleus heros fortiſſimus ſedit
Poſtq̄ uero a Parca domitus ad inferos deſcendit. Neſtor ſceptra tenens
rurſus conſedit:circa uero Fili congregati adſtabant e chalamis prodeun
tes Ecephron: Stratus: Perſeus: Arecus ac Thraſymedes: quos inter Piſi/
ſtratus ſextus Heros uenit. Hi igitur Telemachum ducebāt: quibus Ne
ſtor ſic ait. Fili cariſſimi maturate meū implere deſiderium ut quāprimū
ante omnis deos Mineruam placemus quæ ad meū feſtum conuiuiū ma
nifeſte uenit. Sed & aliquis in agrum eat e ueſtigio nuntiatum bubulco
ut huc bouem ducat. Alter Telemachi ſotios omnis uocatum ad nauem
tendat:linquatq; ſolos duos. Alius item Laercem aurificem huc uenire iu
beat ut bouis cornua inauret. Alii quoq; frequentes dicite intus ancillis
ut in magnificis ædibus conuiuiū parent ſedes ligna aquam deniq; luci/
dam ferant. Sic ait illi iuſſa faciunt. Bos ſubito ex agro uenit: ueniuntq; Bouis imola
Telemachi ſotii ex naui:uenit demū Aurifex arma manibus fabrilia ar/ tio.
tis miniſtra tenens ancudinem malleū forfices quibus aurum induxerūt
Venit & Minerua uota exaudiens. Neſtor uero aurum præbuit: deinde
cornibus faber induxit:ut dea ſimulachrum hoc uidens gratum haberet
Bouem cornibus ducūt Stratius & Ecephron/ uas lauandis manibus in
pulchro lebete Arecus e thalamo ferens ſumpſit:alia famula molas e cani
ſtro:ſecurim uero Thraſymedes acutam in manu tenens bouem percu:

Perſeus autem uas ad ſanguinem excipiendū habebat. Neſtor uero pel/
uim &molas adminiſtrabat multaq; Mineruā orabat/primitias tribuens
capitis crines igni iniciēdo. At poſtq̄ orauit &molas iecerūt ſtatim Thra
ſymedes iuxta ſtās ſecurim impulit uēnaſq; ceruicis boui incidit: uiribus
ille ſtatim defecit. Neſtoris autem filiæ nuruſq; & uxor pudica Eurydice
maior natu filiarū Clymeni ulularunt. Illi deinde bouem ex humo cor/
ripientes tenuere. Piſiſtratus continuo iugulauit: unde largus &nigrans
effluxit ſanguis. Oſſa demū anima deſtituit. Poſt hec eum in partes diui
dunt: operiuntq; nidore / duplicata ac cruda igni imponentes ſenex ſub
lignis torrebat/deinde uinū libant. Iuuenes autem circa adſtantes lintea
manibus tenebant. Poſtq̄ uero cotta ſunt & uiſcera effuſa in partes diui/
dunt: alia quoq; uerubus figunt/aſſantq; igni/ ueru in manibus tenētes.
Tunc Telemachum lauit pulchra Polycaſta ultima natarum Neſtoris.
Poſtq̄ autem eum lauerūt/ oleoq; unxerunt tunicā ei ac pallium iniciūt.
Surgens poſtea e lauacro dis ſimilis iuxta Neſtorem conſedit. Carnium
igitur ſuperioribus aſſatis accumbunt: miniſtri uinum in pateris funde/
bant. Vbi uero edēdi atq; bibendi cupido cōpreſſa eſt Neſtor inter alios
Nati inquit mei ite crinitos equos curribus iungite atq; huc Telemacho
adducite ut iter peragat. Illi ſubito obtemperantes equos e ueſtigio cele/
res curribus iungunt. Mulier proma panem uinumq; prompſit. Opſo/
nia item qualibus reges ueſci ſolent. Inde Telemachus biiuges aſcendit:
iuxta Piſiſtratus cum eo currū manu regens flagello equos impulit. Illi
uoluntarii citiq; uiā uorauere. Linquntq; Pylū oppidum amenū/equiq;
totum diem iugum ferentes agitati ſunt. Iamq; ſol occidit/ uiæ tenebris
opplentur Phæras uenerūt Dioclei domū Ortilochi fili quem Alpheus
genuit. Hic demū nocte dormierunt. Telemachus autem hic &onera po
ſuit. Vbi uero illuxit equos rurſus curribus iungunt rurſuſq; conſcen/
dunt flagello compellunt. Illi alacres ire pergūt: in campumq; ruunt fru
giferum: itinere prope abſoluto ſol occidit rurſus: uias occuparunt tene/
bræ.

Libri Quarti Argumentum. D

Elemachus apud Menelaum unacum Piſiſtrato diuertēs refert ea
que apud Ithacam a Procis geſta ſunt. Menelaus uero illū de græ
corum reditu docet. De Prothei uaticinio item per quod Agamē/
nonis mortem nouit: & quemadmodū Vlyxes apud Calypſo exiſteret:
Procorum preterea conſilium fit de Telemacho e medio tollēdo. Miner
ua quoq; adſimilata formā Iphthunæ ſororis Penelopes ipſam Penelo/
pem de filii peregrinatione ſollicitam in ſonnis docet.

I tandem piſcoſam incuruamq; Lacedæmoniam conti
gerunt ac apud domū illuſtris Menelai diuerterunt:
Quem conuiuiū nuptiarū nati ac natæ multis annis
celebrantē offendūt. Natam Achillis filio mittebat ut
apud Troiā ſimul olim conuenerāt: ꝙ dii coniugiū fe
cere. Hanc itaq; cū equis & curribus ad Myrmidonū urbem ubi ille reg/
nabat mittebat. Filius aūt e ſparta Alectoris filiā duxit. Is enim Megapen Megapēthes
thes fortiſſimus erat ultimus ei ex ſerua natus: quū Helenæ dii partū non
dediſſent poſt Hermionē quā ab initio ſuſcepit forma Veneri parem. Igi
tur in amplis ædibus uicini & coæui Menelai lætantes epulabant̃ inter
quos diuinus Cantor lyram pulſabat. Diui uero in medio ipſoꝝ cātan/
do ſaltabant. At Telemachus ſimulq; Piſiſtratus in ædiū ueſtibulo una
cū equis ſtabāt: quos ubi Eteoneus Menelai ſedulus ſeruus procedēs ui
dit ſtatim regi nuntiare properat. Quidā hic hoſpites inquit O Menelae
uiri duo adſunt e genere uti uidētur Iouis maximi. Dic igitur nobis eis
ueloces ſoluamus equos uel alio mittamus ire quo uolēt. Excipiens Me
nelaus eū uerbis increpuit. Nō adhuc puer fuiſti bone Eteonee uerū nūc
incipis puerilia loquēs. Nos enim huc uenimus per multa hoſpitia: mul
taq; abſumpſimus aliena edendo/ atq; utinā Iuppiter laborū finē fecerit.
Sed iam equos hoſpitum ſolue ac ipſi ante omnia cura ut diſcūbant. Sic
ait ac ſimul ex ædibus prodiit alioſq; miniſtros qui ſequerentur uocat.
Hi equoꝝ ſpumantia colla ſoluerūt: deinde eos equinis capiſtris iunxit.
Zeas prebuit cū albo ſimul ordeo mixtas. Currus uero poſt muros pri Zea cum or
mæ domus partis locauerūt. Ipſos deniq; in domū inluſtrem introduxe deo mixta.
rūt/ qui uidētes admirabant̃ ſumptus regios ac ſplendorē. Erat enim par
ſolis aut lunæ fulgori rutilās ipſius Menelai domus. Poſtq̄ uero oculis
uidendo exſatiati ac lætati ſunt ad nobile lauacrū ire pergūt lauandi grā:

quos ubi famulæ lauerunt:oleoq; unxerunt lænis adeomodis ac tunicis
operiũt:thoriſq; iuxta Menelaum ſedere iuſſerũt. Miniſtra deinde gutur
nium cũ aureo opiſtodocho ſupra argenteũ lebetem ad lauandas attulit
man9:iuxtaq; mẽſam elegantẽ parauit panẽ proma pudica ferẽs adpoſuit
Chironomõ epulas deinde plures addidit adſiſtentibus gratificãs. Chironomon ue/
ro manu ſuſpẽſa carnis omnis generis repoſitoria ſimul & aurea pocula
poſuit. Hos itaq; ambos ſic Menelaus demonſtrãs ait. Sumite cibũ gau/
dete/uos deinde ſaturos interrogabimus qui hoĩes eſtis: nõ enim igno/
biles aut ignaui tales producerent uiros. His dictis bouis humeros pin
gues aſſatos qui ei honoris gr̃a adpoſiti fuerãt ſumens in manibus ante
illos poſuit. Ipſi uero paratis manus extenderũt. Poſtq̃ potãdi & edendi
compẽſſa libido Telemachus Neſtoris filiũ prope ad aurẽ adcedens ne au
dirẽt alii ſic adloquit̃. Contẽplare Piſiſtrate mi iucũdiſſime æris fulgorẽ
ac ædis auro/electro/argẽto/& ebore coruſcãtes: talẽ Iouis puta ſit intus
aula quot ĩmenſa mirãda ue uidẽtes retinẽt. Sic igr̃ loquẽtẽ Menelaus in
tellexit:eoſq; uocãs ſic adfat̃. Nate cariſſime cũ Ioue quidẽ nemo certaue
rit. Eius nãq; & domus & opes ĩmortales exiſtũt: ſed mihi mortaliũ ne/
mo deinceps certauerit:q̃ppe qui multa paſſus/ multaq; pertrãs nauibus
tuli/& anno demũ octauo redii Cyprum Phœniciã Aegyptios pagrans
ad Aethiopas & Sidomos & Erembos & Libyam pueni ubi agni ſubito
cornib9 ueſtiti exiſtũt. Oues ter in anno toto pariũt. Hic neq; rex neq; pa
ſtor caſeo carne ue:aut dulci carẽt lacte: uerũ toto abũdãt anno donec ex
illa regione multã cogẽs apſtuli gazam:fratrẽ interim alius mihi clam ex
improuiſo diræ uxoris inſidiis interfecit. Quã igr̃ nõ lætus hec poſſideo
& hec quidẽ uos a patribus ſi qui extãt audire poteſtis quẽadmodũ mul
ta ſum paſſus & domũ frequentẽ multiſq; ac pulcherrimis rebus refertã
pdidi:quoꝝ utinã tertiã partẽ nunc habens habitarẽ & hoĩes ſalui eſſent
qui apud Troiã procul ab Argis periẽrũt. Attamen cũctos ego plorans
Nota. querens ue ſepe in ædibus noſtris conſideo / quãdoq; mentem quærelis
Nam luctus oblecto/quãdoq; quieſco. Breuis eſt enim acerbi luctus ſatietas. Sed q̃q̃
breuis eſt ſa/ omnis deſidero/ nullus tamen me magis angit q̃ unius fatũ qui ſonnum
tietas prſus cibũq; mihi eripit recordãti:quoniã nullus Achæoꝝ ita eſt adflictus aut
acerbi. dira paſſus ut Vlyxes: unde ipſi gloria perpetua mihi anguſtia imorta/
lis eſt futura:illius inq̃ me dolor ſollicitat:q̃d diu uideã abſentẽ nec ſcia/
mus uiuat ne/an interierit. Flent item illũ & Laertes ſenex & frugi Penelo
pe & Telemachus/quẽ natu paruũ in domo reliquit. Sic ait:at Telema/

tho patris memoria lacrymas excitauit: itaq; ora in terrã flectens lænam purpureã ob oculos utraq; manu oppoſuit/quod Menelaus animaduer tens animo uoluebat an patris illum ſineret ſponte reminiſci:an uero ipſe potius interrogaret ſingulaq; loqueretur. Dum hec animo agitaret Hele na interim ex thalamo odorato ſublimiq; prodiit Dianæ aureis ornatæ ſagiptis ſimilis. Cui Adraſte chorum pulchre laboratũ adpoſuit. Alcip pe tapetum molli uellere tulit. Phylo argenteũ calathum quẽ ei donauit Alcandre Polybi uxor qui Thebis Aegyptiis habitabat/ multaſq; domi opes poſſidebat. Is Menelao duo argentea labra: duos tripodes: & decẽ auri talenta dedit. Sed & preter hec eius uxori Helenæ pulcherrimæ de dit aureum colum:& rotundũ argenteumq; calathum eum quem ei Phy lo attulerat/cuius labra auro diſtincta erant:in hoc filum erat elaboratũ Colus item uiolaceam habens lanam iacebat:ſedit igit᷑ in choro ſub pe dibus ſcabellũ habens:deinde uirũ percunctari ſingula cepit. Scimus Me nelae qui uiroꝝ hi ſe gloriant᷑ eſſe qui noſtrã petierũt domũ:mentior ne an uera loquor? dictat tñ animus: nunq̃ enĩ ſimili uidi forma neq; uirũ neq; feminã tantaq; uenuſtate: q̃ mihi uidet᷑ ſimilis Telemacho Vlyxis filio quem paruũ ille domi reliquit:quãdo mea cauſa Achæi Troiã petie runt bellũ audaciſſimũ geſturi. Cui Menelaus ſic inq̃t & ego coniux uti tu exiſtimas puto. Illius enĩ ſic pedes/manus/oculoꝝ aculei/capitis uer tex/deniq; crines erãt/quin ego nunc in memoriã illius ueniens libenter cõmemorarem quot ille circa me dolores eſt paſſus. Verũ huic uideo la crymas fluere ac lænam ante oculos poſitam/Sic ille. Piſiſtratus uero ad Menelaum uerſus Atride inquit uera dicis Illius hic filius eſt. Verum ſa pit animoq; indignatur ſi ſtatim iactabundus coram te ueniat:cuius nos uoce tanq̃ dei lætamur: quin & me Neſtor pater comitem ducemq; itine ris ei dedit. Cupit namq; ille te cogitare ſi quid ipſum aut uerbo aut ope ra iuuare poſſes quum magnopere domi ob patris abſentiam angatur: nec multos habeat adiutores/nec in populo facile reperiũtur qui hoc ma lum expellãt. Ad hec Menelaus: Me miſerum inquit q̃ mihi amici filius noſtram petiit domum qui mea de cauſa tot prælia laboreſq; adiuit & il lum ante alios Argæos cupiam reuertẽtem. Nam ſi nos Iuppiter ambos incolumes cum nauibus redire permiſiſſet ille cum filio omnibuſq; bo nis ex Ithaca diſcedẽs apud Argos habitaſſet/ urbemq; & domos exædi ficaſſet: unã ex his quæ circa ſunt & a me dominantur ſibi deligens. Hic igitur ſimul exiſtentes commixti eſſemus quos concordes gaudenteſq;

nihil unq̃ diremiſſet præterq̃ dies mortis extrema ſed hec inuidiam ipſi deo factura erant/qui illum ſolũ miſerum reditu priuauit. Sic ait: at cunctis luctus eſt exortus. Flebat Helena regina: flebãt Telemachus & Atrides: neq; Piſiſtrat9 ſiccis erat oculis: ſuccurrebat ei Antilochi fratris mors quem Auroræ filius Memnon inluſtris interfecit. Huius igitur reminiſcens ſic ait. Atride meus pater Neſtor quũ de te domi mentio inter nos incidit ſimulq; deſſeruimus te preter ceteros ſapientem appellat / & nunc ſi quid reliqui eſt indulge mihi. Non enim ego poſt epulas libenter lugere ſoleo: uerum nunc uſq; ad auroram libenter fleuerim eum qui fortiter occubuit.

Hec tantum in luctu miſeræ ſolamina genti
Attondere comam: lacrymaſq; ex ore ciere.

Eteni meus extinctus eſt frater Antilochus nõ quidẽ Argæoꝝ poſſimus quẽ tu facile uidere potuiſti: ego uero minime: dicũt enim cũ & armis & curſu & dextra preſtitiſſe. Cui Menelaus: O dilecte inquit quãdo tot dicis: quot uir ſapiens uel maior natu diceret aut faceret / clarus enim ualdeq; notus filius eius eſt patris cui & naſcenti & uxorem ducenti Iuppiter opes ac ſapientiã dederit: ſicuti nũc Neſtori tribuit adfatim cũctis diebus ipſum quidẽ nulliter in ædibus ſeneſcere/ filios itẽ prudentes animo eſſe ac in bello fortes. Verũ nũc res præteritas flere deſinamus: epulas deinceps ſpectemus manib9 aqua detur inter me ac Telemachũ ſermo uſq; ad aurorã uerſabit̃. Dixit & ſtatim Aſphalion ſedulus Menelai miniſter dat manibus lymphã. At illi opſoniis paratis manus extenderũt. Helena uero quũ alia nouerit tũ uino qđ potabat pharmacũ iniecit: oĩs iræ dolo riſq; in obliuionẽ ducẽs: qđ ſi quis in cibo ſumpſerit eo die nũq̃ lacrymas fuderit: nõ ſi mater ac pater ei interierint/ carũq; frẽm aut filiũ corã interfectos uiderit. Tale igit̃ pharmacũ Helena Iouis filia bonũ admodũ & ad mentẽ cõſiliũ ue faciẽs habebat qđ ei Polydamna uxor Thoni Aegyptia ꝓbuit cui multa huiuſcemodi terra ferax adfert bona ꝑtim mala. Medic9 aũt qlibet apud eos præter alios hoĩes ſciẽs repperit̃: nã & de genere Pæonio dicunt̃ eſſe. Illa igr̃ poſtq̃ hec ꝓberi iuſſit ſic eſt locuta. Atride Menelae uoſq; bonoꝝ uiroꝝ fili Iuppiter ipſe deus interdũ aliis bonũ ac malũ dat/ poteſt nãq; oĩa. Nempe uos pauloante meſti: nũc diſcũbite ſedentes uerbiſq; ſimul mutuis gaudete. Ego interim q̃ cõgrua uident̃ tãtũ referã nõ oĩa proſequar: neq; eni omniũ Vlyxis certaminũ facile recordor: ſed hoc ſolũ fecit ac ſuſtinuit uir fortis ĩ populo Troiano ubi Achæi multa

Pharmacum Helenæ proibẽs triſtitiã.

paſſi eſtis. Ipſum inquã populũ diris uulneribus adfligens: nã ueſte hu
meros lacera indutus ſeruo ſimilis ac cuidam Derti qui in Achæoꝝ na/
uibus nullius erat conditionis ignotus inter hoſtes diſcurrens Troiano
rum Ciuitatem euertit: quũq; alii allucinarentur: ego illum ſola noui ta/
lem exiſtentem/quanq̃ me ob aſtutiã uitabat. Nam & illum laui unxiq;
oleo: deinde ueſtibus ornaui. Iurauiq; firmo iureiurando nõ illum Tro
ianis ma manifeſtaturã priusq̃ ad naues ac tentoria redirent. Tunc itaq;
mihi omnem Achæoꝝ mentem conſiliũq; aperuit. Multum igitur ho/
ſtium ferro interficiens uenit ad Argæos magno cũ faſtu. Hic enim quũ
Troianæ feminæ uehemẽter ulularẽt meus gaudebat animus ꝙ in ſpem
ueniſſem redeundi domũ. Incomodiq; preteriti memor ſuſpirabã: quod
mihi uerius intulit quando illuc me a patria procul abduxit: cariſſimos
a me ſeparãs & filiũ & coniugam nullius indigentẽ quod ad formã inge/
niũq; ptineat. Cui Menelaus: Recte inquit o coniux hec oĩa dixiſti. Mul
toꝝ ego quidẽ & mentẽ & conſiliũ noui / ſed nunq̃ oculis uidi meis q̃lis
Vlyxes eit/qualeq; facinus geſſit in equo Troiano ubi Argæoꝝ fortiſſi
mi oẽs eramus fatũ Troianis ferentes. Tu uero illuc deinde ueniſti. Nã
deus qui gl̃iam Troianis cupiebat eo te deduxit ſequẽte De phobo: ter
nãq; attrectãs equm circũſteciſti: deinde uocem adſimilãs uxoꝝ omniũ
qui intus erant nominatim Danaũ fortiſſimos uocaſti. Tũc ego & Dio
medes & Vlyxes in medio conſidẽtes te clamantẽ audiebamus. Itaq; nos
duo maxime excitati egredi potiusq̃ intus latere uolebamus niſi Vlyxes
ſic animatos oĩno retinuiſſet. Hic igit̃ & reliqui oẽs Achæi taciti quieſce
bant. Anticlus ſolus tibi reſpõdere cupiebat: ſed idem Vlyxes manibus
robuſtis ora compreſſit: tantũq; cõpreſſa retinuit/donec te Pallas inde ab
duxit. Ad hec Telemachus Atride inquit moleſtum ſane: Non enim &
ſi ei cor ferreum fuit propterea que narrata ſunt durum tollũt exitiũ. Sed
agedum duc nos in lectum: ut dulci requieſcentes ſonno gaudeamus.

Helena equo incluſos no/minatim uocauit.

His dictis Helena ſtatim famulis ſub porticu cubile parare iuſſit: purpu
reumq; ſupra ſtragulum poni: ſubtus uero tapeta lenaſq; molles ſterni.
Illæ celeriter obtemperantes ex aula procedũt faculas in manibus tenen
tes/lectumq; deinde ſtrauerunt. Hoſpites deduxit Præco Telemachũ &
Piſiſtratũ: qui in domus ueſtibulo dormierunt. At Menelaus in domus
altæ penetralibus unacũ Helena coniuge cubauit. Vt primũ uero illuxit
ſurgit e ſtratis Atrides ueſtes induit: humero deinde adcomodat enſem:
pedibus uero calceos. Inde e thalamo deo ſimilis prodiẽs/Telemachoq;

occurrẽs ait. Quæ te neceſſitas o Telemache ad nos Lacedæmoniã adduxit?publica ne an priuata?narra mihi uerum. Huic ille Atride inquit ueni ueſtigatum ſi quam de meo patre forte famam audiueris mihi referas. Domus mea abſumitur: pereunt opera pinguia in agro:iniquorũ hominum plena mihi domus qui Proci matris meæ ſunt intolerãdo faſtu.Cõtinuoq; oues boueſq; mactãt. quapropter te ſupplex oro uti de illius exitu miſerabili aliquid referas ſicubi aut oculis uideris aut ab aliquo acceperis de illo errante/quem mater infelicem genuit:nec propterea me uerere aut mei miſerere:ſed audacter narra queſo ſi unq̃ pater meus Vlyxes tibi apud Troiam ubi mala paſſi eſtis aut uerbo aut opera gratum aliquid fecit:huius nunc reminiſcere. Ad hæc Menelaus clamans. O rem pudendam inquit ignaui homines in lecto uiri fortiſſimi dormire uolunt quibus profecto eueniet queãdmodũ cerua in leonis audaciſſimi cubili nuper natos fœtus relictis. Ipſa per ualles & nemorũ receſſus paſtum abiit: ſuperueniens deinde leo ac nidum repetens & matri & filiis exitũ adfert. Sic Vlyxes illis fatũ adferet inhoneſtũ. Vtinã o Iuppiter pater:Minerua & Apollo talis ego nũc eſſem:qualis in Leſbo in paleſtræ certamine Philomelidẽ uici. Hic grauiter cecidit/Achæi uero oẽs exultauere. Talis etiã Vlyxes exiſtẽs cũ Procis congrederetur: omnes profecto breuiter & perituri eſſent & amaras nuptias ſectaturi. Hec aũt quæ rogas nõ ego pfecto aliter dicerẽ/aut declinãdo/aut te decipiẽdo q̃ ea q̃ olim ſenex marinus uerus mihi dixit quorũ nihil te oĩno celabo. Me nãq; huc properare cupientem di in Aegypto retinuere: qd eis pfectas nõ fecerim Hecatõbas. Nos nãq; & mandatorũ & relligionis cõtinuo reminiſci uolũt. Inſula enim in ponto cõtra Aegyptũ eſt quã Pharũ appellãt tantũ ab ea procul quantũ nauis proſpero impulſa uẽto uno die continget. Hic in parte portus adeſt excipiendis nauibus adcomodus unde nigram e nauibus exaurientes aquã in mare iaciunt. Hic me diebus Viginti di tenuere: quod uenti proſperi qui nauium per pontum ductores exiſtũt minime ſpirarent: & profecto cuncta uiatica: cibariaq; ſimul cum uiribus hominũ abſumpta eſſent niſi dea quædam Idothea ſenis marini filia me miſerata reſpexiſſet Hæc primum animo commota mihi ſoli pereunti ſeparatim a ſotiis obuiam facta eſt:quum illi errantes circa Inſulam in curuis hamis expiſcarentur/ famis gratia uentrem conſumentis. Hæc itaq; adſtans me iuxta: uocanſq; ait. Stultus es hoſpes ualde: coactus ne an ſponte te negligis? quod in rebus duris uideris lætari & in Inſula retineri neq; finem aliquẽ

Pharus Inſula.

Idothea Prothei filia.

ſeis inuenire/uires etiã & animus ſotiorum deficiunt. Huic ego reſpondi Quæcũq; dearũ es tibi dico quod nõ ſponte retineor/ ſed in deos forſan peccaui uerũ dic quæſo:nam di cũcta ſciũt:quiſnã deoꝝ meũ impedit re tineatq; iter:quo minus per mare redeam? Dixit at ille: Vera tibi hoſpes in quit narrabo. Verſatur hic ſenex quidam marinus uerus imortalis Pro/ theus Aegyptius qui Neptuni ſubminiſter:totius pelagi profunda con ſpicit/quem meũ eſſe dicunt patrem. Hũc tu ſi per inſidias capere poſſes tibi & uiam per mare reditũq; diceret. Præterea ſi uelit/ tibi domũ longo duroq; itinere redeunti: quid in ea boni mali ue factum offenderis facile enarrabit. Ego uero inquã ipſe queſo indica ſenis & receſſum & inſidias: ne me ille prouidens aut pernoſcens effugiat: durum profecto ut deus a mortali ſuperari poſſit. At illa uera inquit referã. Quãdo ſol mediũ con ſcendit cœlũ, tunc ſenex ex undis prodit fluctibus opertus ſpirante Ze/ phyro impulſis/ ac ueniens in cauis conditus ſpeluncis dormitat. Circa quem Phocæ breuibus pedibus pulchre congregatæ: tetrũq; profundi odorem ſpirantes dormiũt. Huc ego te q̃primũ illuxerit ducam: deinde dormiam. Tu ex ſotiis tris tecum elige fortiſſimos omniũ qui apud na/ ues ſunt: ſenes tibi orrenda cũcta narro. Phocas ante omnia recenſet atq; in partem impellit aliã ubi uero coegerit ac uiderit ipſe in medio tanq̃ pa ſtor inter greges ouiũ iacet/ubi uero dormientẽ uidebitis tũc uos ui uiri buſq; freti ſubterfugere conãtem retinete: in omnia enim ſe cõuertere ten tabit que in terra ſerpunt/ preterea in aquam in ignem uos eo magis reti/ nete atq; premite. At qñ uerbis interrogatur talis qualẽ eum dormientẽ offendiſti tũc uim ferre deſine: ſenemq; ſolue atq; interroga quis nã deo/ rum te premat tuũq; per mare reditũ impediat. Sic dicẽs pontũ ſubiit: ego uero, ſtatim ad naues ubi in arena ſtabant ibã: multaq; eunti in aĩa uerſa/ bant. Vbi ad mare nauẽq; ueni epulas parauimus: Nocte deinde ruen te in littore dormiuimus. Apparẽte poſtmodũ aurora rurſus p littus am bulabã multa deos orãs. Tris mecũ adſumpſi ſotios qb9 maxĩe ad oẽm caſũ cõfidebã. tũc Idothea q̃ pontũ ſubiit q̃ttuor ex ꝓfundo Phocaꝝ pel les nup direptas ſecũ attulit qbus dolũ pr̃i ſtructura erat. Poſito nãq; in arena littoris cubili nos ſigillatĩ illis ueſtiit/ ipaq; in medio iacuit: Et qm̃ phocaꝝ teter ẽ odor (qs iuxta ea mõſtra cubaret) ipſa nobis remediũ attu lit/ nr̃m cuilibet ambroſiã ſub naribꝰ ſuaue olentẽ/ q̃ illarũ fetori occurrẽ ret totũ id uirus æquo aĩo tolerauimus. Phocæ poſt hec cõgregatæ uenẽ rũt & ĩ littore tãdẽ dormierũt. Venit & ſenex exalto / phocas offẽdit/ atq;

De Protheo.

ſingulas conſcendit:numerũ recenſet:nos primũ inter Cete numerando
Neo in his ullum propterea dolum putabat/quũ ad extremum dormiret
Nos tunc clamãtes circuiuimus/ille artis doloſæ minime oblitus primũ
quidem leo pulchre iubatus factus eſt/deinde draco & Pardalis & mag/
na ſus & aqua & arbor. Nos circa forti eramus animo. At poſtq̃ ſenex or
rendus dolore eſt adfectus nos interrogãs inquit. Quis Atreo nate deo
rum tibi conſiliũ dedit ut me per inſidias inuitũ caperes: quid enim tibi
opus? At ego noſti inquã o ſenex probe(quid me hæc tergiuerſans per
cuntaris) quod in inſula inuitus retineor neq̃ finem inuenire licet: ani/
mus quoq̃ intus mihi abſumitur/ſed tu queſo dic (nam di cũcta norũt)
quis nam cœleſtium uiam mihi reditumq̃ per mare impedit? Ille rurſus
ubi Ioui inquit aliiſq̃ dis ſacra feceris ſolue q̃ primũ ut in patriã redeas:
ad quam fatum eſt nõ prius peruenire q̃ apud Aegyptum ſacras dis fa/
cias Hecatombas. Sic ait at mihi animus excidit quod me prius in Aegy
ptum longum ſane ac difficile iter adnauigare iuſſit/ excepiq̃ ipſum pau
cis. Hæc inquam ita ut iubes fient ſed dic rurſus an omnes Achæi quos
Neſtor & ego ex Troia redeuntes liquimus incolumes peruenerunt an
aliquis fato interiit acerbo: ſeu in mari uel etiam in amicorum manibus
poſtq̃ bellum peregit. Ille quid me inquit Atride hæc rogas quũ te meã
mentẽ non ſit opus ſcire aut noſſe. Non enim puto diu ſine lacrymis eris
Aiacis Oilei exitus. poſtq̃ cuncta audiueris. Multi nãq̃ ex his interierunt/multi etiã relicti.
Duces tantũ Achæoꝝ duo in reditu perierunt: nam & pugnæ tu quoq̃
interfuiſti. Vnus adhuc in põto retinetur. Aiax cum nauibus extinctus
eſt. Neptunus eum naufragantem petris ingentibus Gyreis propinquũ
reddi lit: exquo ex maris profundo ſeruauerat: & profecto fatum ad ex/
Petra Gyræa tremũ q̃uis Mineruæ infenſus euitaſſet niſi ſuperbe admodũ & adrogan
ter locutus fuiſſet. Dixit enim uel dis inuitis ſe mare tranſiturũ: quẽ Nep
tunus audiens ſtatim tridentem manibus orrendis corripiens petrã Gyr
ream impulit: exquo illa diuiſa pars ibi remanſit: pars in pontum tendit
Agamemnonis exitus. In hac igitur ille prima confidens/deinde inter fluctus diſiectus uehemẽ
ter adflictus eſt. Ad extremũ ubi ſalſam potauit aquam extinctus. Tuus
autem frater Agamemnon fatum in nauibus effugit Iunone ſeruãte/ſed
iam iam ad Malienſe promontoriũ adpulſurũ magna cupiens procella
in pontum diſtraxit in extremamq̃ agri partem ubi prius Thyeſtes ha/
bitabat deduxit: tunc illam Aegiſtus eius filius tenebat: ſed inde domũ
poſtea uentis ſecundis incolumem di deduxerunt. Qui ubi patriam atti

e ſpecula explorator uidit quem doloſus Aegiſtus mercede duorũ auri ta lentorum ibi locauerat. Is anno toto obſeruãdo perſeuerauit/ ne ille clam redeundo lateret/ ſtatimq; domũ rediit regi nunciatum. Aegiſtus itaq; cõ feſtim artem doluq; excogitans Viginti e populo fortes uiros delegit: quos in inſidiis poſuit: parte altera epulas parari iuſſit/ deinde dira medi tans animo Agamemnoni cum curribus & equis obuiam proceſſit: eũq; fati neſciũ in coena ueluti bouẽ ad preſepe interfecit: nec ullus e ſociis qui eum ſequebãtur eſt relictus quin de medio tolleretur/ ſic ait: cor elanguit flebamq; ſupra littoris arenam ſedens neq; uiuere amplius aut uidere ſo/ lis lucem cupiebam. Vbi uero flendo ac me huc illuc uolutando exſatu/ ratus ſum tunc ſenex ait/ ne ſic longo tempore indecenter flebis quando tibi agendi occaſionem aliquam non tollimus. Itaq; celeriter ipſe tenta in patriam redire/ nam aut uiuẽtem Aegiſtum aggredieris aut Oreſtes præ ueniẽs trucidabit/ exquo tu in eius ſepulchrum ac funus incidens ſic ait. Mihi rurſus animus in pectore reſipiſcens exultauit/ eumq; ſum adlocu/ tus. Hos ego iam noui dic quæſo tertium illum qui in ponto retinetur: uiuus ne an mortuus/ cuperem profecto quãuis anxius intelligere. Ille uero Laertis inquit filius hic eſt apud Ithacam habitans: quem apud in/ ſulam in ædibus Calypſus nymphæ lacrymantẽ uidi. Illic enim per uim retinet ut in patriã redire nequeat. Nã illi neq; naues neq; remiges aut ſo cii qui illũ per mare reducãt preſto ſunt. De te aũt ut dicã.

Non Menelae tibi conceſſum numine diuum
Argos apud: uitæ ſupremam claudere lucem
Sed te coeleſtes ubi conſpicitur Rhadamanthus
Elyſium in campum ducent ac ultima terræ — De campo Elyſio.
Hic homini facilem uictum fert optima tellus
Non niuis aut hiemis tempeſtas ulla nec umbris
Sed Zephyri ſemper ſpirantes leniter auras
Oceanus mittens florentia corpora reddit
Cauſa: quod es coniux Helenæ: Iouis & gener alti.

Sic dicens pontum ſubiit. Ego uero unacum ſociis ad naues contendi eunti uero animus uaria uoluebat/ ubi peruenimus epulis adcinximus: nocte interea ſuperueniente in littore maris dormiuimus: quũprimũ ue ro illuxit naues in mare traximus/ malũ poſuimus/ uela pandimus. Ipſi demũ conſcendentes in tranſtris ordine conſederunt: mare remis uerbe/ rauere. In Aegypti deniq; flumẽ peruenientes naues firmauere: ſacras He

catombas fecerunt. Poſtq̃ uero deoꝶ ira placata eſt. Agamemnoni tumu
lum conſtitui ut perpetuæ gloriæ monumentũ eſſet. His geſtis inde pro
tinus ſolui: uentũ ſecum dum di dederunt qui me celeriter in patriam de
duxerũt. At tu Telemache mecũ hic mane in ædibus uſq; in undecimam
duodecimãue diem: tunc domũ te probe remittã/ donaboq; tribus equis
ſellaq; ad fabrefacta inſuper poculo: quo diis libes ut mei ſis memor om
nibus diebus. Cui Telemachus Atrides inquit ne queſo me hic diu reti
ne: ego uero in annũ apud te libenter quieſcens manerẽ nec domus neq;
parentũ deſiderio mouerer: tantũ animo gaudeo tuũ audiendo ſermonẽ.
Verũ me affligũt ſocii apud Pylum Tu me hic diu retines. Donũ quod
cunq; dederis inter prætioſa mihi fuerit. Equos tantũ Ithacam non ducã
ſed tibi ipſi hic relinquã rem ſane pulchrã. Tibi enim magis conueniũt
quod campo regioniq; imperitas latiſſimæ ubi Lotus & frequens Cype/
rum: triticumq; & zea & ordeum. Ithaca uero nec curſus habet latos neq;
prata: magis aũt eſt paſcendis capris adcomoda: execranda uero equorũ
paſtoribus.

Ciperũ her/ba pratenſis. Contra uidetur in nõnullis.

Inſula nulla maris fertur fecunda caballis.
Aut etiam pratis/ Ithace minus omnibus una.

Hæc ubi ille dixit: Menelaus riſit/ manuq; illũ prendens inquit: Quid
ais nate bono e ſanguine es hæc ego tibi cõmutabo: poſſum equidẽ. Ex
omnibus aũt quæ domi meæ prætioſa ſunt tibi pulcherrimũ dabo crate
rem ad fabre laboratũ argenteũ totũ labris coronideq; aureis ornatũ: uul
cani opus quẽ mihi Sidonioꝶ rex donauit quando reuertentẽ me domo
excepit: tibi hũc dabo. Dum ſic inter ſe colloquerẽtur Conuiuæ interea
in regiam uenerunt oues ducentes & uinũ: panem uero uxores eoꝶ fere
bant. Dumq; conuiuium ſic in ædibus celebrant Proci in Vlyxis domo
diſcis/ ſagiptiſq; in aula quã diu probris contaminauerant ludentes gau
debant/ inter quos Antinous & Eurymachus quod uirtute cæteris præ/
ſtarent principes erant. Hos igitur Phronii filius Noemon prope adce/
dens interrogando adloquitur: Antinoe ſcimus ne quãdo Telemachus
ex Pylo redeat? meã nanq; eo nauem duxit: hac igitur mihi nunc opus
tranſfretare ad urbem Elidem. Hic enim mihi equæ ſunt duodenæ: mu/
liq; ſub eis indomiti quoꝶ aliquẽ adequitãs libenter domuerim. Sic ait:
illi uero admirati ſunt. Nõ eni Pylũ abiiſſe putabãt ſed alio in agrum ue
ouibus aut ſubulco adeſſet. Antinous uero dic inquit mihi uerũ quãdo
abiit: qui iuuenes delecti ex Ithaca eũ ſecuti ſunt uel qui illi miniſtri fa/

d

mulí ue pſto fuere ut potuerit hoc facere. Deinde dic uere ut ſciã/per uím
ne apſtulit nauem tibi/an ei ſponte dediſti roganti. Noemon uero ſpõte
inqt ipſe dedi: quid nã alius feciſſet? durũ negare fuerat: quãdo uir talis
uerbis tã placide petat. Iuuenes enĩ qui in populo poſt nos uirtute præ/
ſtãt eũ ſecuti ſunt: ducẽ ego illoꝝ euntẽ noui Mentorẽ/ſiue deũ/nam deo
oĩa ſimilis uidebat᷑. Sed hoc admiror ꝙ heri matutinũ eũ uidi/tũc enĩ cũ
naui Pylũ abierat. His dictis ad domũ paternã diſceſſit. At illis duobus
admirãtibus Proci reliqui ſedẽtes a ludis deſierunt. Ad quos Antinous
triſtis mẽteq; turbatus oculis ob irã micãtibus inſtar ignis ſic ait. Proh q̃
magnũ facinus & audax hoc iter tentatũ Telemacho: qd nõ puto pficiet:
quũ tot hoĩbus inuitis puer nauim preparãs abierit cũ delectu ex popu/
lo fortiſſimoꝝ ſed ꝑfecto malũ ipſe ſentiet primus. Iuppiter enĩ illi prius
uires contũdet: q̃ nobis incomodũ inferat: ſed agedũ date mihi celerẽ na
uẽ & uiginti ſocios ut illũ euntẽ inſidiis ꝑſequar: obſeruaboq; in porth
mo & anguſtiis Ithacæ & Sami: magno enĩ periculo patris gr̃a nauigat.
Sic dicentẽ oẽs collaudauere: ſtatimq; ſurgẽtes Vlyxis domũ petierũt. Pe
nelopen uero nõ diu latuit cõſiliũ quod Proci mẽte uerſabãt. Medon enĩ
præco ſtãs extra aulã illud qd intus dixerãt audierat. Itaq; ubi ipm ad ſe
uenientẽ illa uidit ſic ait. Præco nũ Proci te nunciatũ mittũt famulis Vly
xis ut iã ab ope ceſſent: epulas parent utinã neq; amplius me petẽtes: neq;
ſimul hic cõuenientes extremã nũc cœnam comedãt qui rem omnẽ Tele
machi cõgregati abſumitis: Num apatribus ueſtris pueri olim nõ audi/
uiſtis qualis Vlyxes meus erga parẽtes ueſtros erat: nec iniqũ aliquid in
populo faciens aut loquẽs? quũ præſertim ius hoc & mos principum ſit
ut aliũ odio pſequatur: aliũ uero diligat: at ille nunq̃ homini uel iniquo
ſuccenſuit. Veſter nihilominus improbus animus & facta improba ap/
parent: heu q̃ nulla poſt beneficiũ gr̃a: Cui Medon. Siquidẽ inquit o re
gina hoc magnũ eſt malũ: longe nũc maius inſtat: ac durius aliud quod
Proci meditant᷑: qd nequaq̃ pficiat Iuppiter. Telemachũ rediturũ domũ
ferro conãtur oĩno interficere. Nã ille Pylũ Lacedæmoniãq; ad inueſtigã
dum de pr̃e abiit. Hæc ubi illa audiuit ei genua ſimul cũ aĩo ſoluta ſunt:
uox heſit: oculi lacrymis referti: ac longo tandẽ poſt tpe fatur. Præco qd
ais? filius diſceſſit? ſed qd opus illũ conſcendiſſe naues? quæ ſunt homi
nibus maris equi: multũ ne ponti penetrauit forte ut nec nomẽ ipſius in
ter hoĩes relinquat᷑. At præco non inquit ſatis ſcio an ille ex deo: aut ex
aĩo ſuo excitatus Pylon abierit ad inquirẽdũ de patris ſeu reditu ſeu fato

His dictis ad Vlyxis domū diſceſſit. At Penelope anguſtia doloreq; cor repta neq; in ſella quū plurimæ domi eſſent ſedere ſuſtinuit/ſed humi ſu pra chalami pauimentū procumbens miſeris modis quærebatur/ circaq; famulæ omnes quot domi erant iuuenes ac uetulæ plorabāt quibus Pe/ nelope uehementer gemens ſic ait. Audite dilectæ mihi: Me nāq; di erū/ nis & laboribus præter omnis quæ mecū ſunt aut fuerunt educatæ exer cuere: quū uirum antea amiſerim bonū ac omnibus uirtutibus inter Da naos ornatū: cuius gloria late per Græciam Argoſq; mediū extenditur: nunc uero filiū amantiſſimū inglorium ex ædibus de medio tollere con tendunt: quē nauem ſoluiſſe abeuntem audiui. Crudeles quū rem certo ſciretis me tamen e lecto nō excitare decreuiſtis. Si enim hāc illum uiam tentantem audiuiſſem: q̄uis eundi cupidū retinuiſſem/ uel me in ædibus mediis mortuā reliquiſſet. Nunc aliquis citus Daliū meū famulū ſenem uocet: quem pater huc mihi uenienti dedit qui ortum arboribus frequē/ tem mihi colit ut Laertem cōueniens hec ei narret ſi quo ille conſilio men te excogitato ad populos prodiens quæratur qui ſuā Vlyxiſq; progeniē interimere cōtendunt. Cui nutrix Euryclea ſic reſpondit. Nympha cariſſi ma tu me uel ferro interficias uel dimittas in ædibus licebit nō equidem te hoc celabo. Vidi ego hæc omnia: dediq; illi quæcunq; iuſſit: frumentū dulce uinū: magnoq; iureiurādo iurare cōpulit/ ut ante duodecimā diem ſeu priusq̄ tu profectū iam audiueris aut deſideraueris hec tibi nō referā ne plorando formoſum lederes corpus / ſed cōſulo ut lota prius puraſq; induta ueſtes in ſuperiorē chalamū cum ancillis aſcendas ac Mineruā Io uis filiam ora: quæ illū ex morte ſeruabit: nec ſenem Laertem adflictum magis adfligas nō equidē puto ſanguinem ipſius ita deos odio perſequi ut nō aliquis ſuperſit qui altis ſuccedat ædibus ac lōge pinguibus agris. His auditis illa flere deſiit: ſtatimq; uti monita erat lota puras induit ue/ ſtes in ſuperioreq; chalamū cū ancillis aſcendens mola ad ſacrificandū ca niſtro impoſita Mineruā orauit. Audi me queſo Tritonia Iouis filia ſi unq̄ Vlyxes meus accepta tibi uel bouis uel ouis ſacrificia optulit: hoꝝ nūc memor ſerua mihi filiū: ac Procos ſupbos male perde. Sic dicēs ulu lauit: pcantē uero dea exaudiit. At Proci pte alia per ædes fremebāt: ſicq; aliqs illoꝝ dicebat ignarus eoꝝ quæ apud eā geſta erāt. Proculdubio re/ gina nobis nūc connubiū parat nō enī adhuc nouit quæ ſtruitur in filiū cedē. Antinous uero Miſeri inqt mittite adrogātia uerba oīa: ne quis in tus nūtiet: ſed taciti inſurgētes qđ ſemel iniuimus conſiliū abſoluamus.

His dictis uiginti ſibi uiros fortes adſumẽs ad littus maris tẽdit: nauẽ in
altũ traunt/malũ erigũt/rudẽtes aptant/remos ſcalmo loris bubulis adli
gant/uela pandũt/omniaq; rite atq; ordine/arma miniſtri eis tulerũt:qui
tandẽ cõſcendentes nauem: ibidẽ diſcubuerũt nõ priuſq̃ ad ueſperã ſolu
turi. Penelope aũt in thalamo ſuperiore ſine cibo ſine potu meſta iacebat
ac ſollicita an filius mortẽ effugeret:ſeu a Procis de medio colleretur. Ac
quẽmadmodũ leo in hominũ turba inſidias ei parantiũ circũuertit̃ mul Compatio
ta in fero pectore uerſans:totidẽ illã in animo uerſantẽ ſonnus oppreſſit
procũbentiq; ac dormienti mẽbra ſoluit. Minerua interea quũ alia noue
rit:tum Idolũ fecit/corporeq; Iphthunæ adſimilatur. Hæc Icari filia erat
uxor Pheris a uiro in domũ Vlyxis miſſa ut Penelopen querentẽ ſolare/
tur & a lacrymis luctuq; amoueret. In thalamũ igit̃ ingreſſa per liminũ
ſeræq; iuncturas ſupraq; caput adſtãs ait. Dormis Penelope animo me/
ſtiſſima:nõ enĩ te di uiuẽtes flere/aut dolere permittẽt/qñ tuus rediturus
eſt filius/nec odio cœleſtibus aliqua de culpa eſt. Penelope aũt quæ info
ribus ſonni ſuaue dormiebat. Quid inqt huc ſoror ueniſti: diu nãq; hic
nõ uerſaris:qđ procul hinc habites:iubẽs me forſã a luctu triſtitiaq; mul
ta quieſcere quæ meũ irritat animũ:quũ uirũ prius omni præditũ uirtu/
te amiſerim:cuius glĩa per Græciã mediũq; Argos extendit̃: nunc filius
amãtiſſimus p mare abiit ſtultus. Vt qui nec laboribus nec cõmertiis ſit
adſuetus. Hic me magis q̃ ille ſollicitat/ hũc uereor ſatis ne qd aduerſi pa
tiatur/uel in populo quũ ueniet uel in põto:iniqui enĩ multi exiſtũt/qui
illũ circũuenire inſidiis querũt/ ac priuſq̃ patriã attingat interficere. Cui
Idolũ ſic reſpondit. Bono ſis aĩo/timorẽ abice/talis enĩ tibi dux ſimul ua
dit quã uiri alii ſibi adeſſe magnopere optarẽt:poteſt nãq; Pallas/que me
nũc tibi hæc nuntiatũ miſit/ac te querentẽ ualde miſeratur. Cui illa ſiqui
dem inquit dea es & deæ ꝓfecto uocẽ audis narra queſo an ille uir meus
infelix uiuit ne/ an ueſcitur aura ætheria : ſeu iam interiit ſitq; apud infe/
ros. Cui Idolum: Ego quidem inquit utrum uiuat an interierit nõ ſatis
uere poſſum dicere. Cicero de
Turpe quidem ſermo mendax ac uana referre. off. Nil tur
Sic dicens per liminis iuncturas in auras uentorum effugit. Penelope pius uani/
uero e ſonno excitata ſubito animo exhilarata eſt. Dum autem in ſonniũ tate.
manifeſte nocte intempeſta irruit: Proci nauim conſcendentes humidas
ſecabant uias/fatum Telemacho machinantes. In medio autem pelago Aſteris In/
inter Ithacam & Samũ quædam nõ admodum magna eſt inſula Aſteris ſula.

nomine ubi portus ad nauium inſidias apti duobus ingreſſibus exiſtūt Hic itaq; Achæi in inſidiis Telemachum expectabant.

Libri Quinti Argumentum. E.

Oncionem Iuppiter ſecūdam faciēs/ Mercuriū ad Calypſo mittit
c iubens Vlyxem dimittere. Hæc uero iuſſa facit. Die autem decima octaua uidens hunc Neptunus/ iratus: ratē ſoluit atq; euertit. Ino autē ei partem fractæ ratis qua uehebatur dat/ mandans ut q̄primū in terram deſcendat eam ab ſe abiciat. Multa deniq; paſſus in Pheacum regionem uenit.

Itoni interea linquens aurora cubile
Dis lucem ætheriam ſimul & mortalibus adfert.
Ordo Cœlicolum celſa conuenit in aula
c Quos inter primus conſedit Iuppiter altus
Cuius & immenſa eſt & rerum æterna poteſtas
Filia mox Iouis adſurgens dea multa Minerua
Dura refert miſerum Nymphæ retinentis Vlyxem.

Iuppiter pater uoſq; alii di ſempiterni. Nullus iam amplius princeps qui ſceptrū gerat morigerulus aut offitioſus neu placidus exiſtat: ſed mente n ullū fas iuſq; cogitet aut colat/ potiuſq; iniqua/ crudeliaq; p̄petret. Heu q̄ nullus ueſtrū Vlyxis meminit q̄ mitis fuerit pater his p̄plis q̄bus imperauit. Nūc uero is in Inſula reſidet magnas patiens erūnas in ædibus nymphæ Calypſus quæ eū per uim retinet quominus poſſit in patriā redire: nā & remige & ſotiis qui eū in mari comitent̄ caret. Inſup amantiſſimū eiu ſfiliū de medio tollere quærūt q̄primū ille redierit profectus nūc Pylū ac Lacedæmoniā ad inquirendū patrem. Cui Iuppiter Mea inquit nata quod nā tibi uerbū excidit ex ore? Nō enim hanc & ipſa noſti mentem ac conſilium quemadmodum Vlyxes illos probe plectet. Tu uero Telemachum diligēter deducito (potes enim) ut ille exercitus tandem in patriam redeat. Proci autem in naui fruſtra profundum remigabunt. Dixit & Mercurium parte alia adloquitur. Mercuri tu nanq; quum in aliis es nuntius: tum ad Nymphæ formoſæ nuntiatum ibis noſtrum conſilium ac reditum Vlyxis qui non deorum aut hominum ductu: neq; in

legittimo nauigio ſed in rate tantum alioquin probe trabibus compacta per multos labores die Viceſima Scheriam portum contingat in Pheacũ terra qui ex ſtirpe ſemidei ſunt:ac illum uti deum uenerantur: ex quo in deſideratam patriam naui proba remittent. Inſuper æs/ aurum/ ueſteſq; quantum opus ei dabunt: multa quidem/quanta nec unquã Vlyxes ex Troia tulit:ſiquidem ſine damno & incomodo ueniſſet: prædæ partem ſortitus. Etenim fatum eſt illi omnino caros uidere domeſticos:ac indomum ſuam patriamq; redire.

Sic ait:ac ſtatim mandato obtemperat ille
Auria ſed primum pedibus talaria nectit
Quis mare ac terras uento impellente pererrat
Virgam deinde capit:qua ſonno lumina claudit
Excitat & rurſus:cupiat modo:forte cubantes.
Hanc igitur manibus retinens properabat in altam
Pieriam aſcendens:ex æthere mox leuis ingens
Per pelagus Laro ſimilis uolitatq; ruitq;
Qui prædam adſectans magno ſub gurgite ponti
Alas condenſat:crebroq; humore madeſcit
Sic ille immenſos penetrabat in æquore fluctus.
Extat in adceſſa in medio breuis inſula ponto
Huc ubi tellurem retinens peruenit ab alto
Speluncam ingreditur nymphæ fera tecta Calypſus
Hic illa in diris adcendens ædibus ignem
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum
Diuinoſq; modos edit modulamine uocis
Pectine dum telam præſtantem perficit aureo.
Speluncam uirides circundant undiq; ſiluæ
Alnuſq; & Clethre:præſtans & odore cupreſſus.
Hoc & aues tractu uernant:lateq; uagantur
Aequoreæ:quibus & ponti ſunt humida curæ
Bubones diri:accipitres:& garrula cornix.
Parte alia circum uitis protenditur ingens
Perpetuoq; uirens:magniſq; onerata racemis
Quattuor & fontes ſurgunt ſalientibus undis
Inter ſe ſparſim ac aduerſa fronte propinqui
Quin apio & uiola uernantia prata uireſcunt.

Deſcriptio Mercurii.

Deſcriptio ſpecus Calypſus.

Quem ſi forte locum uenientum adſpexerit ullus
Vel deus/ inſtabit mirans/ animoq́ʒ triumphans.

Videns hæc Mercurius primo qdē obſtupuit/ ac gauiſus eſt q̄q̄ deus deinde in latā ingreſſus ſpeluncā: quē cōtra dia Calypſo adſpiciens mini me ignorauit. Non enim di immortales inter ſe ignoti ſunt. Non profe/ cto uel ſiquis longe ab aliis habitaretq́ʒ. Magnanimū uero Vlyxem intus non offendit: quod is in littore maris conſidens fleret/ ut olim ſolebat: ſuſpiriis quoq́ʒ ac quærelis animū irritans & lacrymans pontum adſpice ret. At Calypſo in throno coruſcanti ſedens Mercuriū interrogat. Quid huc ad me Mercuri cū aureo baculo/ mihi quidem uenerabilis ac cariſſi/ mus ueniſti. Diu quidem quod nō frequētas: loquere quid animo uer/ ſas. Nā & perficere animus eſt/ ſi tamē ualeo/ aut fas fuerit. Sed dic prius ut tibi parem quæ hoſpiti decent. Sic locuta menſam adpoſuit ambroſia refertam/ rubens nectar miſcuit. At Mercurius ubi uino/ ciboq́ʒ animū exhilarauit tunc demū illi reſpondet. Interrogas me uenientem dea deū ego tibi uera loquar. Huc eni Iuppiter me inuitū uenire iuſſit: quis enim libe s tantū aquæ ſalſæ immenſæq́ʒ pcurrat/ nō profecto hominū ciuitas propinqua qui dis ſacra faciāt/ aut hecatōbas. Verū nō eſt Iouis mentem aut aliū deū ſupare ſeu errare. Ait eni hoīem apud te miſerrimū oīm eſſe uiroꝝ qui Priami urbem nouē annis debellātes decimoq́ʒ poſt euertētes: domū redierūt. Verū in Mineruam redeundo peccauerūt: quæ illis uen/ tū aduerſum undaſq́ʒ cōcitauit: ex quo alii quidē boni ſocii perierūt: hūc tantū uentus & unda huc propinqū reddidere: quamobrem protinus re mitti iuſſit. Nō eni ei fatum procul a ſuis caris perire: ſed parca conceſſit & domeſticos uidere & in patriā redire Sic ait: at Calypſo extimuit illūq́ʒ compellās ſic adfatur. Duri inuidiq́ʒ eſtis di præter cæteros qui deas ad/ miramini manifeſte eum uiris cubare: ſiquando ex his maritū ſibi forte delegerint. Sic Orionem aurora roſea ſibi ſumpſit: quem ſic odio perſe cuti eſtis ut Diana caſta in Ortygia ſuis eum uelocibus ſagiptis pereme/ rit/ ut item Iaſionem quē pulchra dilexit Ceres: cum eaq́ʒ in campo Tri/ polo cubile miſcuit. Neq́ʒ diu Iouis animaduerſio inaudita fuit qui illū fulmine argete ptulit. Vt deniq́ʒ mihi nūc inuidetis di uirum mortalem nobis coniungi quē ego ex Garina ſolū ſuperſtitem ſeruaui: quam nauē ei Iuppiter fulmine impellēs in medio pōto abrupit. Hinc alii ſocii perie rūt. Hūc tantū eiectum uentus & unda maris impulit: quē ego amaui & nutriui. Dixiq́ʒ me illum īmortalem/ ac minime ſeneſcentem facturam.

Verū quādo Iouis mētē neq; ſupare/neq; offendere aliis dis nō licet: Valeat: ſi illū ipſe impellet atq; in patriā deducet. Ego nequaq̄ eundē aliquo mittam quū apud me nō ſint neq; nauis: neq; remiges neq; ſocii qui eum per mare comitent᷑. Attamē prompte admonebo/ neq; diſſimulabo quo minus doctus & exercitatus in patriā redeat. Ad hæc Mercurius ſic inqt Calypſo ut ais eum remitte & iram euitabis ut nunq̄ impoſterū tibi ſit inſenſus. His dictis diſceſſit. Nympha uero ad Vlyxem ſe cōtulit poſtq̄ Iouis accepit nuncium. Hunc itaq; in littoris maris ſedentem repperit: nec dum a lacrymis oculos ſiccos habentem: dulce quoq; æuū ploranti ac reditum deſideranti preteribat: qui Nymphæ nullo modo placebat: ſed & noctibus in ſpeluncis coactus apud uolentem omnino nolens cōmorari uigilabat. Diebus uero in littore maris inter petras orridas reſidēs que relis animū irritabat ac pontū lacrymās ſpectabat. Calypſo igitur prope adſtans ſic ait. Miſer ne quæſo hic adeo doleas: ne ue ſic ætatem corrūpas tuam. Ego uero iam te libenter dimittā. Tu tantū ferro ligna incidito ad comoda: ratemq; amplā facito: eam diligenter cōtabulato ut te per pontū tuto ferat. Ego aūt tibi frumentum/aquam/ uinumq; rubrū ac dulce que famem apſte pellant præbebo/ ueſtibus quoq; ornabo: ac uentū poſt te cuſtodem mittā ut illeſus in tuam redeas patriā: ſi tamen di īmortales uoluerint qui me longe melius rē uidere ac noſſe ſunt apti/ Sic ait: extimuit Vlyxes: eamq; cōpellans ſic adloquit᷑. Aliud quoddā profecto dea hoc cogitas q̄ auxiliū in me reducēdo: quū me iubeas cū rate tantū ponti ſpatia metiri. Durū arduūq; nempe hoc: neq; uel naues celeres uento Iouis ſecundo impulſæ penetrarent. Neq; ego te inuita ratem conſcendam niſi iureiurando prius adfirmare ſuſtineas nullū mihi inde incomodū ſtrui: Ad hec dia Calypſo riſit: manuq; illum traens ſic adloquitur. Profecto erras nec futura que nūc forma carent facile cognoſcens ut ex uerbo nūc tuo oſtendis. Igitur teſtes mihi adſint terra/ magnumq; ſuperne cœlum & aqua ſubtus ſtygia: quod grauiſſimum dis īmortalibus eſt iuſiurandum. Incomodū hinc tibi nullum ſtrui: ſed & alia quidem noui ac dicā quæcunq; mecū ipſa in te cogitauerim quando uſus uenerit tuus. Etenī mens mihi bona eſt & animus in pectore miſericors non autem ferreus. Sic dicens dea ſtatim iter ante cepit/ille ueſtigia ſubſequitur. Veniūt igitur ambo in ſpeluncā & is quidem in thoro unde Mercurius ſurrexerat cōſedit. Nympha uero epulas quales mortales edere ſolēt adpoſuit: deinde aduerſus eum & ipſa conſedit. Cui famulæ ambroſiam nectarq; ad/

Quis ante Atridas: Troiæ ſub menibus altis
Contigit oppetere o Danaum fortiſſime gentis
Pelide cur me tecum non troes ab haſtis
Tot clauſum extinxere die quo fata ſubiſti?
Tunc mea noſtrorum lacrymis tumulata iacerent
Oſſa: meumque omnes celebraſſent nomen Achæi:
Nunc me crudeli ſors eſt occumbere fato.
Talia iactantem ſurgens e gurgite fluctus
Verberat: atque ratem magno ſimul impulit æſtu:
Ipſe ruit ligno longe deiectus ab alto
E manibus temo cecidit confractus in undis
Protinus & flatu uentorum impulſa procella.
Vela ratis: malumque ſimul diſiecit in æquor.
Hunc ergo extremam cupientem euadere ſortem
Ac colluctantem pelago procul unda repellit
Seua diu: nam ueſte grauis: quam diua Calypſo
Præbuerat: tardos laſſabat niſibus artus
Vix tandem emerſit multum ſalis ore madenti
Eructans: quo triſte caput: crineſque fluebant.
Haud quanque adflictus ratis eſt oblitus in alto
Amiſſæ dudum: petit hanc conatus ab undis
Surgere: dein media conſedit uictor in alno
Huc illuc uentis perflantibus exagitata.
Ac ueluti boreas autumni tempore achantas
Per campum quatit: at mutuis complexibus illæ
Confertim mutant: ſic ipſe per æquora flatu
Ventorum omnigenū partes agitatur in omnes.
Nuncque noto boreas: Zephyro nunc cedit & eurus.

Leucothoe. Hunc itaque leucothoe Cadmi filia uidit quæ prius mortalis erat nunc Deorum marinorum honoris particeps ac Vlyxem in alto errantem miſerata Alcyonique aui adſimilata pelagus ingreſſa ſupra ratem conſtitit: uerbiſque taliter adfatur. Miſer quid nam te ſic Neptunus erumnis acerbe adficit: tibique multa propterea eueniunt mala. Nō enim te quanque euertere ſtatuēs poterit. Verum ſic age (uideris namque mihi ſapere) ueſtes has exuens: ratem permitte uentis ferri: manibus ipſe adnata reditum ſpectans in terrā Pheaciā ubi tibi fatum eſt euadere. Hic poſtea iſtam tabulam ſub pectore ſternes nec pati aliquid: aut perire dubita. Poſtque uero terram manibus

attigeris rurſus liberatus hãc in altum pelagus tabulam iace. Sic ait dea; tabulãq; dedit. Ipſa uero ſimilis Alcyoni rurſus mare ſubiit undiſq; operitur. Vlyxes uero animũ in diuerſas partes uerſabat/ ſecumq; ſiç meſtus ait. Me miſerũ uereor ſatis ne deoꝝ aliquis mihi inſidias ſtruat qui me ex rate deſcendere iubet: uerũ nondũ optemperabo quando terram quo mihi refugiũ dicit eſſe procul a me ualde adſpicio: ſic itaq; agam/ quod & potius mihi uidetur/ donec quidẽ ligna ſimul firma & compacta durabunt ibidem permanebo: labores & pericula & ærũnas tolerabo. At poſtq̃ ratis undis agitabitur natabo quando nullũ aderit aliud remediũ. Dum hæc mente ſecũ uoluit Neptunus fluctum ingentem atrumq; excitans Vlyxem impulit: ueluti quũ uentus irruens cumulũ arenarum mouet: huc illuc diſperguntur. Sic ille longe ligna diſperſit. At Vlyxes unum ex illis correptum tanq̃ celes equũ deſolutoriũ agitabat: ad extremũ ueſtes exuẽs quas illi Calypſo dederat/ ſtatim tabulam pectori ſubiecit: ac pronus in mari cecidit: manus igitur extendens natandi cupidus apparebat. Quem Neptunus adſpiciens mouenſq; caput hec ſecũ. Sic ergo poſt multa mala tolerata per pontũ etiam errábis: donec uiros magnos conuenias. Verum nõ ſpero ſic impune ex incomodo reſipiſces. Sic dicẽs iunxit equos in Aegaſq; cõtendit ubi domus inclyta eſt ei. At Minerua Iouis filia omnium uentoꝝ uias obſtruxit: eoſq; quieſcere ac deſinere iuſſit: donec uelocem excitauit boream qui undas fregit. Donec Vlyxes fatum euitans Pheacenſiũ littori adplicuit. Hic duabus noctibus: totidemq; diebus in atris denſiſq; undis errauit: preſentem continuo mortem ei cuncta intentabant. At poſtq̃ diem tertiũ aurora aduexit tunc uentus poſuit: quieſq; ac tranquillitas erat: at is quod a magnis lauaretur fluctibus clare proſpiciens terræ ſe propinquare cognouit. Vt quũ cara patris uita filiis appareret qui in inſula iacet & duros patiens labores: diuq; adflictus ac crudeli agitatq; fato libẽter/ demũ hunc di miſerantes a malo liberauere. Sic Vlyxi terram ſiluaſq; adſpicere gratum fuit. Feſtinauit itaq; natare ut pedibus terram contingeret. Verũ quando tantũ aberat quãtum clamans audiatur ſonitum uſq; ex maris ſpeluncis excepit. Vnda namq; ingens ad aridam uſq; terrã cõmurmurat uehementerq; eructat/ maris quoq; alga circa: omnia conuoluit. Nõ enim portus erant nauium retinacula: neq; loca clauſa ſed ripæ procedentes ſpeluncæq; & ſaxa acuta & eminentia: circaq; unda furens obmurmurat. Liſſa petra ſcopuluſq; circumcurrit: mare te item longe profundum ita ut non liceat pedibus conſiſtere utriſq; pe Compatio

riculumq; euitare: ne forte deſcendentem me fluctus rapax ad petrā uſq;
proiciat unde ſerus mihi poſtea impedituſq; receptus exiſtat. Si uero ul/
terius adnatabo ſicubi inuenero littora portuſq; a fluctibus percuſſa : ue
reor ne rurſus procella reſurgens me grauatū & adflictum in pontū ferat
uel certe Neptunus Cete ingēs ex his quæ plurima pontus nutrit in me
irruens mittat:noui nāq; Neptunū mihi eſſe iratū. Dum hæc mente agi/
tat illum unda ingens in aſperum rapit littus:hic autē uſq; ad oſſa a mon
ſtris marinis diſcerptus eſſet niſi Minerua in animum ei induxiſſet ut pe
træ innixus utraq; manu firmiter inhereret/donec unda tumeſcēs preteri
ret. Verum ut hanc euitauit:ab alio rurſus reuertēte impetu repulſus: ite
rum in pontū longe eiectus eſt ac ſicuti Polypo ex cubili exeūti multi cir
ca capillamenta lapilli inherent:ſic eum apud petras uiculi marini audaci
bus manibus lacerabāt magnaq; operuit unda. Hic infelix Vlyxes omni
no periiſſet niſi Mineruæ auxilio fretus ex unda emergens incontinentē
nataſſet terrā ſpectans ſicubi inueniret littora portuſq;. Inter hec ex oſtio
Calliroeſ fluuius. Calliroeſ fluuii adnatanti optimus ei locus obicitur petris quadratis ac
politis extinctus & a uentis conditus ac tutus. Nouit autem fluentem ac
ex animo ſic eum orauit. Audi queſo rex quicunq; es : naufragus eni ad
te uenio Neptuni minas fugiens. In honore namq; ac uenerabilis eſſe ſo
let dis imortalibus quicūq; miſer ac ſupplex ad uos confugit / uelut ego
tuam nūc mentem tua genua ſupplex/multa quoq; paſſus oro : at tu rex
miſerere:ſupplicem enī me tibi eſſe profiteor . Ad hanc orationē fluuius
ſtatim curſum ac undam retinuit:tranquillitatē induxit & hunc in oſtio
ſuo ſeruauit . Vlyxes igit' inde iucutuatis genibus : manibuſq; deiectis
exiit:eius enim ingens animus a mari iam domitus erat:corpuſq; totum
dolebat/ ex ore naribuſq;/ maris aqua multa fluebat/ aliquantulūq; ſine
ſpiritu ſine uoce ſemianimis iacuit:magna namq; erat adfectus anguſtia
Vbi autem reſipiſcere cepit:animuſq; in pectore rediit: tunc tabulā ad ea
pauloante ſuſceptam ab ſe reiecit quam a ponti fluctibus reiectā Ino rur
ſus ſuis excepit manibus. Hic ex fluuio abductus in Iunco recubuit/ ter
ramq; frugiferam eſt exoſculatus : ſecumq; ſic quærens locutus eſt . Hei
mihi quid patior:certe duriſſime mecum agitur . Si enim noctem grauē
cuſtodiam in fluuio:uereor ne mala ſtiha: ſimul & ros gelidus animum
meum alioquin meſtitia adflictum conficiat. Nam ex flumine aura ma/
tutina frigida ſpirare ſolet . Si autē in decliuem ac profundam ſiluā iens
ſupra denſos iacuero ramos: feſſuſq; ac frigore occupatus in ſonnū inci/

dero: Metuo ne feris cibus ac diſcerptio fiam. Sic igitur alternanti potior ſententia uiſa eſt ire in ſiluam quam prope aquam in aperto inuenit. Hic duos offendit ramos ſimul natos unum exoleaſtro: alterũ ex olea quos neq̨ uentorum uehementer ſpirantium uis euertit: neq̨ ſol ſuis radiis ex uſſit neq̨ deniq̨ imber utrimq̨ pertranſiit: quin denſi ſimul & contigui naſcerentur. Sub his igitur Vlyxes cubile ſtrauit q̄latiſſimũ: foliorum enim ac frondium circa tanta erat effuſio quãta duos ſeu tris uiros hiberno tẽpore quamuis aſpero tueretur. Igitur gaudens Vlyxes in medio iacuit: frondiumq̨ multitudine ſe operuit ueluti ſi quis titionem in agro extremo ubi nulli ſunt uicini ſub cinere abſconderit ut ignis ſemen ſeruaret: ne cum opus aliunde petat. Sic Vlyxes ſe frondibus ac uirgultis circum ſepſit: cui Minerua ut a laboribus tandem conquieſceret dulcem oculis effudit ſoporem.

Libri Sexti Argumentum. F.

m Inerua in ſonnis adſiſtens Naſiceæ Alcinoi filiæ iubet ut ueſtem ad fluuiũ ferens lauet: prope iam ei adeſſe coniugiũ. Illa iuſſa facit: deinde cum ancillis ludit. Videns illas Vlyxes qui iuxta cubabat expergiſcitur/ ac rogans a Naſicaa ueſtem & cibum accepit. Eam poſtremo in Ciuitatem ſecutus eſt.

d Vum hic Vlyxes ſonno laboreq̨ feſſus dormiret Minerua in Ciuitatẽ ad Pheacenſiũ gentes properat: qui prius in lata Hyperiæ regione prope Cyclopes uiros ſuperbos habitauere: a quibus bello uexati erãt quod uiribus inferiores eſſent. Hinc itaq̨ Naſithous exſurgens in Scheriam terram procul ab aliis errantibus uenit / eamq̨ & menibus circundedit & domibus ædificiiſq̨ ornauit. Inſulas præterea deorum fecit: agroſq̨ diuiſit. Demum ubi a Parca ſupatus ad inferos deſcendit. Alcinous ſucceſſit filius dis conſilio equiperãdus. Huius igitur domũ Minerua petiit de reditu Vlyxis actura. Cõtendit in thalamũ uario ornatũ opere: in quo Naſicaa magni Alcinoi filia: forma quidẽ & ingenio par dis dormiebat. Iuxtaq̨ famulæ formam a gratiis mutuantes hinc inde adſiſtebant. Fores autem coruſcãtes patebãt. Tunc Minerua Dymantis Nauſicleto nati filiæ adſimilatã quæ illi coæua & animo in conuerſando grata erat cubile eius ingreſſa ſic ait.

Pheacenſes ab Hyperiẽ ſibꝰ pfecti.
Scheria.
Naſithous
Alcinous.
Naſicaa.

Naſicaa cur te mater ſic neglectã genuit: dies tibi clari ignaue preterean-
tur:tibiq; item coniugiũ propinquum eſt: quãobrem te opus pulchris in
duere ueſtibus quas etiã datura ſis his qui te ducent. Ex his igitur fama
Ex cõiugio bona fama.
hominibus bona naſcitur/pater quoq; materq; gaudent. Ergo quum pri
mũ illuxerit eamus lauatum. Nam & ego tibi adiutrix ero ſequarq; do-
nec uelociter preparaueris quoniã nõ diu uirgo eris. Iam iam uiri præcel
lentes tuas exoptãt nuptias in populo Pheacenſi:unde tibi quoq; genus
Itaq; patrem adhortare tuũ ut aurora prima mulos currumq; paret/orna
menta ferat/peplos ſtragulaq; fulgentia. Nam tibi ſic pulchrius longe q̃
pedibus ire/procul enim ualde a Ciuitate ſunt lauacra.
Sic dicens Pallas magnum conſcendit olympum
Perpetuam diuum ſedem ſemperq; quietam.
De ſede deoꝝ.
Quam nec uentorum flatus:nec ſeua ruentis
Imbris tempeſtas agitat:nix nulla pererrat
Sed ſine nube polus ſplendens ac æthra coruſcat
Hic di perpetuo reſident:gaudentq; beati.
Aurora deinde apparens pulchrã excitauit Naſicaam/quæ in ſomniis ad
mirata ſtatim domũ patri ac matri nũtiatũ ire pergit:intro q; ingreſſa ma-
trem ad ignem ſedentem:ac cũ ancillis colos uerſantem purpureos offen
dit. Patrem uero egredientẽ cũ principibus uiris in cõſiliumq; a Pheacen
ſibus uocatũ obuiam habuit. Propius igitur adſtans ſic eum adloquit᷑.
Mi care Pater nõne parabis mihi altum currum ut ueſtes ſordidas ad flu
uiũ lauatum eam. Tibi imprimis conuenit cum primatibus ad conſiliũ
iturus puris amicire corpus ueſtibus. Quinq; enim domi ſunt tibi filii:
quoꝝ duo in matrimonio ſunt: tres uero iuuenes uegeti qui cõtinuo ue
ſtes habere mundas & his in choros ire cupiunt. Hæc enim omnia mihi
curæ ſunt: Sic ait/ erubuit enĩ matrimoniũ manifeſte nominare apud pa
trem. At ille cũcta noſcens Mulos inquit o filia/& quicqd aliud eſt opus
tibi dare nõ moror: famulæ namq; tibi currũ excelſum oneri congruum
parabunt. Sic ait/ſtatimq; ancillis mãdauit. Illæ obtemperauere/ currum
uelociter inſtruxere/mulos iunxere. At puella ex thalamo ueſtem ſump
tuoſam ferẽs currui impoſuit. Mater uero in ciſta dulcia uariaq; cibaria
condidit/deinde opſonia/uinũq; in utre ex caprina pelle dedit & in auro
Lecythus olei.
Lecytho molle oleũ ut & ipa unacũ ancillis lauaret atq; ungeret. Naſicaa
demũ currũ aſcendẽs flagellũ manu loraq; cepit:ac mulos impulit ſtrepẽ
tes. Illi uero iter longe:uelociterq; adripuere/ ueſtemq; ac dominã unacũ

ancillis ferentes uſq; ad fluuiũ peruenerũt ubi lauacra anno toto durãtia
& aqua multa ſimul fluebat ſordibus abluẽdis apta. Hic demũ ex mini/
ſtris aliæ mulos e curru ſoluẽtes in ripam impulerũt ubi ſuaue paſcerent᷑
gramen. Aliæ uero manibus ueſtes exceperũt/in nigrãteq; tulerũt aquã:
ac in bothris uelociter ſtipauerũt certamen quodãmodo præferentes. Po
ſteaq̃ uero eas lauerũt ac a ſordibus purgauerũt per maris littus extende
runt ubi maxime pelagus petras in terrã uſq; abluit. Ipſa uero Naſicaa ac
famulæ poſtq̃ lotæ & oleo perunctæ ſunt apud fluminis ripã cœnauerũt
Interea ueſtes ablutas ſolis radiis ſiccãdas præſtolabant᷑. Naſicaa canere
cœpit/qualis diana per mõtes ingredit᷑ Taygetũ uel Erymãthũ leta apro/
rum ceruorũq; uenatione cũ qua & Nymphæ Iouis filiæ agreſtes ludũt:
gaudet animo mater Latona. Ipſa uero capite fronteq; cũctas ſupeminẽs
facile noſcitur: quũ ſint oẽs pulchræ. Sic inter ancillas uirgo incorrupta
pollebat. Verũ qñ tempus redeundi domũ: mulos iunxit: ueſtes diligen
ter plicauit. Hic Minerua quũ alia nouit: cũ quod Vlyxes eſt excitatus a
ſonno ac puellã uiderit. Pilam enĩ illa in famulã impulit/quæ ipſam mi/
nime attingẽs in undã profundã cecidit: quãobrem illæ omnes clamaue
re. At Vlyxes experrectus adſedit ſecũq; in pectore hec uerſabat. Hei mi
hi in quoꝝ rurſus hominũ terrã uenio an ſane cõtumelioſi agreſteſq; &
inuiſi ſunt: aut certe hoſpitales & deoꝝ cultores? Nã magnopere uox fe
minea Nympharũ ad me uenit que montiũ habitant cacumina & flumi/
num fontes & ſaltus diuerſos: uel ego quocũq; modo ſum prope homi/
nes loquentes? ego uero tentabo & uidebo. Sic dicens ſimulq; ex arbore
truncũ manu toroſa diripuit: ex quo ſilua cõdenſa coactis frondibus pu
denda corporis uelauit: ſtatimq; exiit/leonis more qui in mõte nutritus
uiribus fidens/minitans/ſpiranſq; ac oculis ardentibus ingreditur in bo
ues aut oues inuaſurus fame ſuadente in domũ frequẽtem irruit & in pe
cudes graſſatur. Sic Vlyxes puellis formoſis quanq̃ nudus inſtante ne/
ceſſitate congredi decreuit. Igitur orrẽdus illis ilico apparuit mariſq; flu
ctibus ſedatus. At illæ huc illuc per littora curſitauere: ſola uero Alcinoi
filia remanſit/ uires & audaciã de Minerua ſumens metũ omnẽ ab ſe abie
cit. Itaq; aduerſa conſtitit At ille dubius an genua ſupplex puellæ ample
cteretur: an placidis eam uerbis procul abſiſtendo oraret ut Ciuitatẽ oſtẽ
deret/ac ueſtes ei præberet. Sic igitur alternanti potior ſententia/eam pro
cul abſiſtẽdo rogare/ne forte genua amplectẽdo iram puellæ prouocaret
Itaq; eã doloſo & aſtuto aggreditur ſermone. Oro te quæcũq; es ſeu dea

Cõſuetudo prius lauandi: poſtea ungẽdi: deinde cœnandi.

Compatio.

ſiue mortalis ſi enim dearũ una quæ cœlum tenent : ego te Dianæ Iouis filiæ & forma & magnitudine & indole prope ſimilem exiſtimo. Si uero ex hominibus es qui terras habitãt:parentes tui ter beati/ ter itẽ beati fratres/quoꝶ animus continuo tui gratia gaudet tale germen tempore ſuccedente conſpicientes.Sed & ille præter omnis beatus qui te Coniugem in ſuam duxerit domũ.Non enim adhuc mortalem nõ uirum non feminam meis oculis uidi talem præſeferentẽ generationẽ. Siquidẽ ego apud Delum nup iuxta Apollinis aram palmæ ramũ uidi(ueni enĩ illuc multuſq; populus erat in uia quæ mihi multas curas datura erat) Hũc igitur adſpiciens obſtupui diuq; ſum admiratus quod tale germẽ nunq̃ e terra exierit.Sic te mulier miror ſtupeo/uereorq; tua attingere genua.Me nãq; imenſus tenet luctus. Externo ſiquidem die uiceſima lux fuit qua profugus in mari erro.Etenim ex Inſula Ogygia me Pelagi tẽpeſtas procellaq; per undas diſperſit/ donec me deus huc perduxit ubi & alia forſan ſuſtineam mala.Nõ profecto exiſtimo deſiiſſe.Verũ adhuc di plura cõtinuo mihi dant.Quare o regina miſerere obſecro.Ego namq; poſt tot mala in te primũ in hanc regionem ueniens incidi:nec enim alium hominũ:uidi ex his qui terrã hanc habitent: Vrbem oſtende/ da ueſtis aliquid laceræ qua tegar/ſi forte huc ueniens aliquid hmõi attuliſti.

Di tibi dent quicquid uirgo pro talibus optas
Coniugiumq; domumq; bonam:pacemq; uiciſſim.
Non eſt in rebus melius ſeu dulcius uſq̃
Quam thalami pariter concordia ſancta pudici
Diſcordes animos incomoda multa ſecuntur
At placidis ingens ſuccedit gratia ſemper.

De Coniugũ concordia.

Ad hæc Naſicaa hoſpes inquit quando mihi nec ignauo ne ue ſtulto ſimilis uideris.Iuppiter ipſe opes bonis ac malis diſtribuit ut ei platuit: tibi quoq; hec & ille dedit:tuũ officiũ æquo animo tolerare. Nunc quãdo noſtram domũ petiiſti nõ ueſte carebis neu aliquo ex his quæ fas eſt ſupplicem miſerum rogare.Vrbem tibi oſtendam dicamq; populoꝶ nomina.Pheacenſes hanc incolunt terram.Ego uero Alcinoi filia ſum qui uirtute ac potentia his dominat᷑. Dixit ac protinus ad ancillas conuerſa/Sſtite ait miniſtræ quo fugitis uidentes hominẽ.An aliquem imanem putatis eſſe uirorum.Non eſt enim hic uir nouus qui in terram Pheacenſiũ inimicitiam ferat·Nam puto nos aliis eſſe caros ſeparati ac ultimi in ponto habitantes:neq; nobiſcum aliquis facile cõmiſcetur . Verum hic forte

miſer & errabundus ad nos nunc peruenit/eum ſuſcipere oportet.
Ab Ioue nam ſupplex pauper procedit & hoſpes
Res breuis:at cara eſt:magni quoq; muneris inſtar.

Nota.

Quapp famulæ hoſpiti huic cibũ potũq; pbete/deinde in flumine lauate ubi ſic locus a uẽtis tutus. Illæ uero ſtatim ſurgẽtes ſeſe inuicẽ adhortatæ ad obtẽpandũ. Vlyxẽ imprimis in locũ minime uẽtis obnoxiũ duxerũt: pharũq; & tunicã iuxta poſuere/eiq; oleũ in lecytho dedere/ac ut in flumine lauaret iuſſere/qbus ſic ille ait: Miniſtræ abſiſtite procul oro:donec a marinis fluctibus me abluero/unxeroq; oleo:qđ meũ corpus diu nõ attigit. Corã ego nunq̃ lauarẽ/pudet enĩ inter pulchras interuenire puellas. Sic ait:at illæ abſiſtentes abiere Naſicaæ nunciatũ. Vlyxes uero poſtq̃ in flumine corpus marinis undis ſordidũ lauit/quib9 humeros dorſumq; fedatus erat: a capite item eoſdem abſterſit. Vbi probe lotus eſt & oleo unctus ueſtes induit quas ei uirgo pbuit. Ille poſt hec maior pulchriorq; Mineruæ dono apparuit:corporis quoq; comas hyacinthino flori ſimilis/ueluti ſiquis aurum argento innectit uir peritus & a Vulcano Palladeq; cũctis artibus inſtructus unde egregia faciat opera. Sic capiti humeriſq; illius addita gratia: Mox tali fulgens decore per littus ſeparatim ingreditur/quẽ euntem uirgo admirata & ad puellas cõuerſa inquit. Audite famulæ q̃ dixero Nõ enim deo⁊ iniuſſu uir hic Pheacenſibus ſeſe immiſcuit. Prius enĩ mihi turpiſſimus eſt uiſus nũc uero dis eſt ſimilis. Vtinam talis mihi coniux uocatus eſſet:eiq; hic habitare placeret. Verũ nũc quod reſtat famulæ potum cibũq; huic preſto parate. Illæ uero dicto audientes protinus ante ipſum eſculenta poculẽtaq; poſuere. At Vlyxes qđ diu his caruerat uoraciter edit atq; bibit. Naſicaa interim alia cogitanş ueſtes plicauit ſupra currũ impoſuit/mulos iunxit deinde conſcendit. Poſtremo Vlyxem excitando ait. Ecce nunc hoſpes urbem petimus ut te in patris mei domũ ducam. Hic puto omniũ Pheacenſiũ optimos uidebis Sic igr̃ uti facias mihi uidet̃ ne per imprudẽtiã aberres longius/donec p agros & hoĩm opera imus/cũ puellis poſt currũ & mulos confeſtim ibis ego uiã monſtrãs præibo. De urbe uero quã aſcẽdimus ſic habe. Turris circũ alta portuſq; utrãq; Ciuitatis ptẽ amplectit̃/ cui9 anguſt9 & tenuis eſt ingreſſus. Naues aũt uiam tuentur:cunctis uero eſt cuilibet. Hic & forũ circa Neptuni tẽplũ pulcherrimũ exiſtit q̃dratis politiſq; extructum lapidibus. Hic nauiũ arma malos uelaq; curãt & remos acuunt Pheacenſibus enim nulla arcus pharetræq; cura:ſed mali remiq; nauium

Nota Vlyxis pudiciciam.

ac naues ipſæ/quibus illi gaudentes plurimũ maris ementiuntur. Horũ igitur ego ſermonem iuditiumq; uito:ne quis poſt terga obtrectet. Sunt enim in hoc populo magnopere ſuperbi. Diceteq; propterea fortaſſe quiſpiam malignus obiciens / Quiſnã hic eſt qui a Naſicaa ducitur pulcher ſane magnuſq; hoſpes ubi nam eum repperit forte ipſi coniux erit:quem errantem naui ipſa in ſuam duxit domũ:ex uiris procul uenientibus qd prope nos nulli ſint. Si quis deus ei optanti propitius e cœlo uenerit habebit profecto illum perpetuo. Meliorem ſiquidem ipſa ueſtigans alibi uirum inuenit:ſed Pheacenſes proculdubio ignominia notauit quod ex his multi & optimi ut aiunt eius matrimoniũ cupiunt. Quãobrem mihi hoſpes hec dicta ſuſtinendi probro darentur: & profecto talia gerẽti ego met iraſcerer/ que patris matriſue iniuſſu ante nuptias manifeſtas alienis miſceretur uiris. Itaq; hoſpes tu meis auſcultabis uerbis ut patris mei auxilio ductuq; celeriter in tuam redeas patriam. Ingrediamur in Mineruæ ſplendidum nemus populis frequens prope uiam:ubi fons aquæ fluit: circaq; pratum. Hic & patris mei templũ & frondens Aloe abunde q̃tum uox clamantis extenditur remota. Hic igitur ſedens tempus p̃ſtolare donec nos urbem domũq; petamus:quã primũ uero ſperabis me perueniſſe tũc tu in Ciuitatẽ uenies ac de patris mei Alcinoi domo interrogabis: facile nãq; tibi noſſe fuerit:quilibet eni uel puer docere poterit/neq; ſimiles in toto populo ædes magnitudine exiſtũt. Poſtq̃ uero te domus & aula exceperit ad matrẽ ibimus meã: quæ apud ignẽ ſedens colũnæ innixa lanam ex colo purpureo torquet mirabile uiſu. Famulæ uero retro & ipſæ conſidũt. Hic quoq; patris mei thronus & ipſe propinquus igni ubi molliter & continuo reſidet:ac bibit. Verũ hunc preteribis & tantum matris ad genua procumbens manus exoſculaberis ut quandoq; in patriam redeas celeriter gaudenſq; quanq̃ longe abes. Si enim eã propitiã habũeris ſpes eſt tibi & amicos reuiſere:& domum patriamq; terram adſpicere. Sic dicens Naſicaa mulos flagello cecidit:qui confeſtim animis fluenta reliquit properantes:pedibuſq; ſonitũ excitantes. Illa uero currũ regit: lora tenens ita ratione iumenta ſcutica impellẽs ut famulæ Vlyxeſq; pedibus ſubſequi ualeant. Sol interea occidit illi in nemus ſacrum Mineruæ iuerunt. Hic Vlyxes conſedit: ac ſubito Mineruam talibus orat. Audi me queſo Iouis filia nunc primum:quãdo me antea nunquam audiiſti naufragium ac deiectum quo tempore me Neptunus adflixit. Da mihi ut ad Pheacenſiũ populos perueniam:ac demum miſerere. Sic ait orans Hunc

audiit Pallas. Ipſi autem nondũ prius coram adfuit aut preſto fuit quod patruũ Neptunum uereretur: qui magnopere Vlyxi aduerſabatur ac animo contendebat: quominus ille in patriam rediret.

Libri Septimi Argumentum. G.

Aſicaa in ciuitatem uenit/ ac paulopoſt Vlyxes: qui & Areten Alcinoi uxorem orat/ ab ipſaq; interrogatus unde ueſtẽ haberet (nã eam Arete nouerat) omnia que in mari ab Ogygia uſq; in terram Pheaciam euenerunt ipſi enarrat.

Vm ſic Vlyxes oraret Naſicaa in domũ paternã curru aduecta peruenit/ inq; domus ueſtibulo cõſtitit. Frẽs cõfeſtim dis eq̃parãdi circũſtetere muloꝝ colla ſoluẽtes: ueſtẽ deinde intro tulere. Ipa uero in ſuũ thalamũ ſe recepit. Ignẽ anus Eurymeduſa accẽdit/ q̃ cubiculo ꝑerat ac ex cõtinẽti olim nauib9 Alcinoo ꝓ munere aduecta erat ꝗ oibus imperet Pheacenſibus ac uti deus a pplo audiret᷑. Hec itẽ Naſicaã nutriit/ tũc uero ignẽ accẽdit ac intro cœnã tulit. Tũc deniq; Vlyxes ad urbẽ ire cõtẽdit quẽ Minerua ſalutaria cõmodaq; illi cogitãs mlta nebula circũfudit/ ne qs Pheacẽſiũ obuius uerbis eũ proſcinderet/ aut qſnã eſſet interrogaret. Itaq; ipſe iamiã ueſtibulũ domus ingreſſurus Mineruã Parthenicæ Neenidi adſimilatã in manu calathũ retinẽtẽ obuiã habuit: eãq; rogauit. O nata nũ me ad domũ Alcinoi qui his dñatur populis nõ duces? Nam & ego miſer hoſpes huc uenio lõge ex Apia terra/ quãobrẽ nullũ horũ noui hoim qui hãc incolũt terrã. Cui illa tibi ait pater domũ quã me iubes mõſtrabo qm̃ uicinus pr̃i meo habitat. Sed ito quiete tibi ego uiã ꝑcedens oſtendam: ac tu nullũ hoim prior ſalutabis neu quemq̃ percuntaberis. Non enim hoſpites ualde libenter excipiunt aut amplectuntur ſiquis aliunde uenerit. Nauibus tantũ uelocibus fidentes magna maris ſpatia penetrant: eiſq; Iuppiter ut naues celeres ſic etiam uolatile ſubitumq; ingeniũ dedit. Sic dicens Minerua præit cõfeſtim/ ille deæ ueſtigia ſubſequit᷑. Venientẽ ſane Pheacenſes minime nouere utpote nube Palladis circunfuſum. Vlyxes uero portus ac naues primũ adſpiciens admirabatur. Ipſorũq; heroum fora & longa altaq; menia palis ligneis extructa mirabile uiſu. Verum ubi ad regiam peruenere illi Minerua inquit. Hæc hoſpes domus quã me rogaſti ut monſtrarem

Reges in epulis offẽdes. Tu uero ne aĩo expaueſce. Vir ſane fidẽs animi
melior in cũctis actionibus ſi maxĩe pegre aliũdeueniat. Herã imprimis
in ædibus inuenies nõĩe Areten: expar̃etibus his qui Alcinoũ genuerũt
Naſithous Primũ nãq; Neptunus Naſithoũ ex Periboca forma p̃ſtantiſſima: ulcĩa
Periboca. filiarũ Eurymedontis qui gygãtibus ſupbis impauit: quos & interfecit:
Eurymedõ. poſtremo & ipſe periit. Cũ hac igit̃ Neptunus concũbens Naſithoũ ge
Rhezenor. nuit qui Pheacẽſibus impauit ac Rhezenorẽ & Alcinoũ ſuſcepit liberos
Alcinous. primũ adhuc imberbem Apollo in ædibus ſagipta interfecit/ qui quum
Arete. uxorẽ duxiſſet unã tantũ filiã Aretã reliquit/ quã coniugẽ ſibi Alcinous
habuit: que ue ab eo præter ceteras cũ uiris ſolitas habitare in honore ha
bita: filiis item & populis magnope uenerabilis & ut dea fere ſuſcepta/ qñ
per urbẽ incedit. Neq; mẽte caret bona aut ingenio: nã ſua prudẽtia quos
diligit litibus ſoluit. Igit̃ ſi hec tibi quoq; propitia fuerit & amica ſpes ti
bi & caros tuos reuiſere & in patriã redire. Sic dicẽs Minerua/ in pontum
abiit Scheriã relinquẽs Marathonaq; & latas petiit Athenas Erechthei re
gis domũ. At Vlyxes ad domũ Alcinoi ſe cõtulit: animoq; aliquãtulũ ſu
ſpenſus & admirans anteq̃ æreũ pauimentũ ingrederetur ſtetit. Nam uti
Solis aut Lunæ iubar domus erat Alcinoi: ærei parietes hinc inde a ſolo
uſq; in penetralia ſplendebãt: portæ quoq; aureæ domũ intus claudebãt
argentea quoq; limina in æreo ſtabant ſolo: poſtes itẽ argenteæ cum au/
rea coronide. Vtrimq; uero canes aurei argenteiq; erant: quos Vulcanus
arte propria fecit domus cuſtodiendæ gratia/ immortales eos ac minime
unq̃ ſeneſcentes exiſtimans. Thori quoq; circa murum aurei hinc inde
ab ſolo uſq; in penetralia fulgebãt: ubi pepli tenues adfabre laborati ope
ra mulierũ erant. Hic itaq; Pheacenſiũ principes ſedebãt potantes & eden
tes. Nam que ad annum ſuppeditarent uictum ſatis habebant. Aurei de
inde pueri in aris pulchre factis ſtabant/ ardentes in manibus tenentes
faculas: noctes in ædibus Conuiuis mõſtrantes. Quinquaginta intus
famulæ erant: quarum quædam triticum molabant: nõnullæ telam texe
bant ac colos uertebant ſedentes adeoq; frequentes ut alni folia: oleũ pre
terea liquidum ex opere linteoꝝ tenui fluebat. Vt enim Pheacenſes præ/
ter ceteros mortales naualis artis periti/ ſic feminæ telas texendi: eis nãq;
De orto Al Minerua ad artes operũ egregioꝝ ingeniũ dedit. Extra uero aulã prope
cinoi. portas locus arborib9 cõſitus & quadriuius ualde amenus/ circaq; mẽnia
ſeptus conſpiciebat̃. Hic arbores erãt frondẽtes Piri/ mala punica maliq;
pulchros ferẽtes fruct9/ ficus dulcẽtes/ oleæ florẽtes: qrũ neq; fruct9 peri

per hiemem/neue per æſtatẽ deſinit/ ſed perpetuo ſpirans Zephyrus alia
naſcentia excitat:alia digerit. Nam fructus ſuper fructu ſeneſcit/ malum
ſuper malo/uua ſuper uua/ficus ſuper ficu. Hic & ualde fructuoſa uinea
radicatur:cuius uuas alias in loco lato ardoribuſq; expoſito cõtinuo ſol
exſiccat:alias uindemiant:aliæ acerbæ adhuc ſunt florem mittentes. Nõ
nullæ iugiter matureſcunt. Preterea uirides & omnigenæ iuxta ultimos
palmites in altum deductæ uites germinant annum totum luxuriantes.
Deinde fontes duo unus per omnẽ ortum ſpargitur/alter ſub aulæ paui
mentum ad altam penetrant domũ unde ciues aquam ſumunt. Talia igi
tur in Alcinoi ædibus deoꝝ erant dona. Vlyxes itaq; hec ſtans admira/
batur/ animo tandem exſatiato ilico domus inferiora ingreſſus / inuenit
Pheacenſiũ principes pateras libantes Mercurio:cui ultimo libabant: ut
cubilis ſonniq; reminiſcẽti. Eunti autem per domũ Minerua multa nebu
la circunfudit ut ad Areten & Alcinoum ignotus iret. Ante Areten uero
ad genua procumbens manus extulit ſtatimq; ex eo nebula diſcuſſa. Illi
autem hominem uidẽtes meſtitia adfecti ſimul & admirati ſunt. Vlyxes
autem ſic orauit. Arete filia diui Rhezenoris tuum uirum tuaq; genua ſi
mulq; conuiuas ſupplex multaq; paſſus peto. Vobis di dent opes uitãq;
longam:poſtq; uitam/filiis omnia tradere poſſeſſiones honoremq; quẽ/
cunq; populus tribuit. Da queſo itineris auxilium ut in patriam redeam
quod diu a meis caris procul errãs labores & incomoda patior. Sc dicẽs
ſedit humi apud ignem inter cineres. Alii quidem omnes aliquandiu ſi/
luerunt. Echereus tandẽ qui natu maior inter Pheacenſes erat & eloquen
tia pollebat:antiqua ue & omnia probe tenebat/ ſic loqui cepit. Alcinoe
non enim hoc te decet ut hoſpitem humi ac inter cineres apud ignem cõ
ſidere ſinas. Hi enim tuũ expectantes uerbum attenuantur. Sed agedum
hoſpitem in throno argenteo colloca. Præconibns item iube uinũ fun/
dere ut Ioui fulminatori libemus / qui ſupplicibus & uerecundis fauet:
Prãdiũ proma hoſpiti paret ex his q̃ domi ſũt. Hæc ubi Alcinous audi/
uit ſtatim Vlyxẽ manu prendẽs ex humo ut erat ante fochũ excitãs in ful
gẽti throno locauit/ filiũq; Laomedõta quẽ maxĩe diligebat iuxta adſide
re iuſſit. Dãt manibus famuli lymphas guturniũ cũ aureo opiſtodocho
ſup argẽteo lebete fũdẽtes:iuxtaq; mẽſã dedicatã parãt. Panẽ ꝑma pudica
ferẽs adpoſuit cibos inſup addidit plurios cõuiuis gratificãdo. Vbi uero
Vlyxes bibit & edit Alcinous ad ꝑconẽ ait. Pantanoe fũde merũ craterẽq;
uini oib9 ꝑbe ut Ioui fulmiatori q ſupplicib9 & uerecũdis preeſt libem9

Nota.
Mercurio
ultimo liba
bãt quũ cu/
bitũ ire uo/
lebãt ut ſon
ni dño.

Guturniũ.
Opiſtodo/
chũ. Lebes
Iuppr̃ ful/
miator ſup
plicibus &
uerecundis
preerat.

Pantonous uero ſtatim obtemperat:ac a pateris incipiens uinum omni/
bus diſtribuit poſtq̃ quantũ uoluere biberunt Alcinous ſic cepit. Audi
te Pheacenſes principes & duces quæ iubet animus dicam. Nunc quan/
do ediſtis domũ abite: quũ uero primũ illuxerit ſeniores plures huc uo
cabitis ut hoſpitem hũc in ædibus locemus:poſtea dis ſacra inſtituamus
Deinde de hoſpite inducendo agamus quonã modo hic noſtro auxilio
abſq; labore in patriã ſuam incolumis gaudenſq;:quanq̃ longe abeſt re/
uertatur:ne quid mali aut detrimenti priusq̃ illã attingat patiatur. Ibi tã
dem ea ſuſtinebit/quæ illi parcæ graues neuerint:quando mortalis eum
genuit mater. Si autem aliquis forte deorũ imortalium huc e cœlo uene/
rit aliud quiddã ex hoc ſibi uolũt di. Iamdudũ enim nobis manifeſti cõ
ram apparent poſtq̃ facimus ſacras hecatombas : nobiſcumq; epulantur
iuxta ſedentes. Si autem aliquis ſolus exiſtens uiator occurrerit nõ ſe ab
ſcondunt quoniam illis propinqui ſumus ut Cycoples & ex gigantum
genere. Vlyxes uero ad hæc Alcinoe inquit aliud tibi in mentem ueniat
Non ego dis ſum ſimilis nec corpore neu ingenio ſed hominibus:quos
uos maxime laboribus preſſos uideritis : his uos eſſe pares profitemur:
Sed & ego plura que deoꝝ uoluntate ſum paſſus tibi referrem : uerũ me
quanq̃ afflictũ ſinite prius cœnare.

Ventre nihil peius:qui in magno ſepe dolore
Cogit quemq; ſui rationem prorſus habere.
En ego ſum quanq̃ meſtus:ſi uina dapeſq;
Adponi iubeas:diſcedent mente labores.

Vos uero curate ut q̃primũ illuxerit me anxium in patriam reducatis
Nam mihi quãuis laboribus exercito ſi tantum mea bona/famulos/do/
mũ reuiſero mori liceat ſtatim atq; ab æuo deſeri/ſic ait:at illi omnes hoſ
pitem quando probe locutus eſt collaudauere : ſimulq; reduci ſuaſerũt.
Poſtq̃ uero libauerunt ac quantũ iuſſit animus potauere:alii quidẽ dor/
mitum abiere. Vlyxes uero in ædibus relictus:iuxta quem Arete & Alci
nous accubuere. Miniſtri autem menſæ inſtrumenta uaſaq; adpoſuere.
Inter hæc Arete ueſtem:tunicamq; adſpiciẽs quã ipſa cum ancillis texue
rat probe nouit:quamobrem illũ ſic adloquitur. Hoſpes hoc ego te pri/
mum rogo Guias es:quis tibi has dedit ueſtes:quomodo huc per mul/
tos ponti errores ueniſti. Cui Vlyxes: Difficile inquit Regina ac admo
dum prolixum meos narrare labores quos adfatim mihi di dederũt. Di
cam tamen quod me interrogas. Ogygia inſula longe in mari ſita eſt ubi

Calypſo doloſa Atlátis filia habitat pulchra ſane grauiſq; dea/ nec ullus
cum eo ſiue hominũ ſiue deorũ in amore cõmiſcetur: ſed me ſolũ deus in
felicem eo deduxit ac illi domeſticũ fecit: quoniam mihi nauem fulmine
argẽte Iuppiter in medio ponto fregit: quumq; ſocii ceteri periiſſent ego
nauis fractæ inferiora ulnis amplectens nouem diebus per mare uectus
ſum. Decima uero nocte obſcura ad Ogygiam inſulam di propinquũ red
didere. Hic Calypſo habitat grauis dea quæ me excipiẽs adcurate & ama
uit & nutriit. Inſuper me ĩmortalem ac minime ſeneſcentem perpetuo ſe
redditurã dixit. Verum meæ in pectore mẽti minime perſuaſit. Hic itaq;
diebus denis ſeptenis continuo manſi quo tempore ueſtes lacrymis per/
fudi/ quas mihi Calypſo præbuit/ ſed quando Octauus mihi rediit An/
nus tunc iuſſu Iouis nuntii ipſius animũ uertens ultro me ad diſceſſum
eſt hortata / quamobrem me in rate dimiſit multũ tribuens frugis: dulcẽ
merum/ ueſtes egregias/ inſuper uentum proſperũ comodũq; ac ſuauem
imiſit. Denis ſeptenis diebus nauigaui. Decimaoctaua mõtes obſcuri ap
paruere/ noſtræ terræ exquo adflicto mihi animus aliquantulũ exhilara
tus: ſuperat attamen calamitatis multũ quã mihi Neptunus inflicturus
erat/ qui uentos impulit/ uiamq; impediit: eripuitq;/ imenſum mare com
mouit/ neq; per undam ullam permiſit ferre ratem grauiter gementẽ: hãc
prorſus procella diſtraxit. Ego uero natans mare ſecaui/ donec ad ueſtrã
terrã unda uentuſq; ferret. Huc me adpulſum unda rurſus in petras mag
nas locumq; iniucundũ prope terrã diſtraxit. Iterum ergo in inſulam ad
nataui donec in fluuiũ ueni/ hic locum ſum ingreſſus optimũ a petris li/
berum aſperis tutũq; a uentis. In hunc me alacri animo conieci. Nox de/
inde ruit: ego ſeparatim a flumine egreſſus inter frutices/ ac ramos iacui:
circaq; me frondibus ſtipaui: ſonnũ deus ingentem fudit. Hic itaq; inter
frondes nocte uſq; in auroram: uſq; item in meridiem dormiui/ ſole dein
de inclinante ſonnus me deſeruit dulcis. Ilico in littore tuæ filiæ famulas
ludentes uidi: inter quas ipſa dearũ forma equiperanda aderat. Hanc ego
oraui/ at illa mente bona ingenioq; prædita minime errauit. Nam ſi in iu
niorem fortaſſe incidens quicq̃ rogaueris nihil omnino ages / quũ ſem/
per iuuenes minime ſapiant. Mihi itaq; illa & panem & uinum dedit quã
tum opus/ in flumine quoq; me lauit ac oleo unxit. Hæc tibi demũ uera
narraui. Cui Alcinous Hoſpes ait hoc profecto nõ rite mea nata fecit qđ
te cum ancillis domũ noſtram non duxit/ tu eam certe primã rogaſti. Ne
inquit Vlyxes puellam propterea redargues: me namq; cũ ancillis ſubſe

Narrat Vly
xes Aretæ
ſuos labo/
res.

qui iuſſit : neq; ego uolui uerens ac dubitans ne quid quum ipſe uideris aliquid animo ſuſpicareris : Zelotypum enim & malorum ſuſpicans eſt hominū genus in terris. Ad hec Alcinous nō mihi inquit talis in pecto re animus ut ſubito iraſcatur: quum ea que decēt cuncta exiſtimo meliora. Atq; utinam Iuppiter pater Mineruaq; & Apollo talis exiſtas qualis es: idemq; ſentias atq; ego/ meam haberes filiam/ meuſq; uocareris gener hic apud me manens: domū ego ac poſſeſſiones darem: ſi tamen uolens libenſq; maneas/ inuitum enim Pheacēſium nullus retinebit: quāuis Ioui amicum. Auxilium in te reducendo ut ſane intelligas hoc modo bene diſponam. Cras dum alto ſonno preſſus iacebis/ hi tempeſtatem optimā tranquillumq; mare obſeruabunt/ quo ad patriam/ domumq; tuam/ & ſi qd aliud tibi carū proficiſcaris. Siquidē ualde procul ab Euboea eſt/ quā Euboeam/ illi qui eam uiderunt longiſſime a noſtris dicunt eſſe populis quando Rhadamantum huc duxerunt Tityum terræ filium ſuſpicantē ac formidantem: & quidem abſq; labore uenerunt eademq; die rurſus eū domum reduxerunt. Videbis & ipſe animo quātum naues noſtræ ac iuuenes in earum gubernatione præſtent. Hæc ubi Vlyxes audiit gauiſus eſt: ac orans ſic præcatur. Iuppiter pater utinam omnia que Alcinous dixit ſic agat. Illi propterea ingens accedet gloria : ego uero domū redibo. Sic igitur inter ſe colloquentibus Arete ancillis iubet lectum ſterni ſub porticu: inſuper pulchris ſtragulis purpureiſq; ornari. Tapeta quoq;: lænaſq; molles ſuperaddi . At illæ ex ædibus lampades in manibus ferentes ibant. Verum poſtq̄ certatim decorū ſtrauere lectum Vlyxem ſic uerbis adhortantur. Agedum hoſpes ueni iam cubile tibi iam paratum. Sic dixere: at ille cubitum alacris iuit. Dum uero ſic in elegāti thoro ſub porticu dormiret Alcinous in domus penetralibus altiſſimis quieuit: quem iuxta uxor regina lectum cubileq; & ipſa poſuit.

Libri Octaui Argumentum. H.

Oncio fit Pheacenſiũ de hoſpite:nauiſq; ad Vlyxem reducendum
c traitur Pheacenſium optimates apud Alcinoum epulantur. Poſt
hæc cum Vlyxe diſco ludunt. Demodocus uero muſicus Martis
& Veneris complexũ primo/ deinde equm Troianũ canit. Vlyxẽ poſtre
mo hæc audientem flentemq; interrogat:quiſnam aut unde ſit.

Vrora interea cœlo apparet / Alcinous itemq; Vlyxes
e ſtratis ſurgũt. Itur Alcinoo præeunte in concionem
quæ apud naues fiebat/ſedentq; ſupra politos lapides
a At Minerua interea Alcinoi præconi adſimilata urbẽ
ſollicita percurrit/reditũ Vlyxi cõmentans:cunctos ſi
gillatim prænſat. Venite inquit maturate in concionẽ
Pheacenſiũ optimates ac principes ut hoſpiti morẽ ge
ratis / quí Alcinoi nuper domũ longe ponto erroribus actus ac dis cor/
pore ſimilis. His dictis cuiuſlibet animũ incendit/ confeſtimq; ſedes con
cioq; cõuenientibus refertæ:ipſum multi adſpiciẽtes Vlyxem admirabã/
tur:cui Minerua diuinũ capiti humeriſq; gratiam fuderat:ac illum proce
riorẽ/auguſtioremq; uideri dedit: ut omnibus paſſim Pheacenſibus gra
tus eſſet/ gratius inſuper & honeſtius certamina multa/ quæ Pheacenſes
cũ illo tentauere perficeret. Vbi uero frequentes conuenere/Alcinous ta/
libus eos adloquitur. Audite Pheacenſium optimates ac principes ut ea
uobis referã quæ hortatur animus/ Hoſpes hic quẽ uidetis ignoro quis
nam ſit errabundus domũ nuper aduectus meã ſiue ab eois ſiue ab heſ/
periis hominibus ad reditũ in patriã noſtrũ ſibi uehemẽter auxilium ro/
gat. Nos uti iam diu conſueuimus in huiuſcemodi caſibus illi ſubueni
re par eſt: nullus enim hactenus miſer mea tecta petens diu meam opem
deſiderauit. Sed & nauem recẽtem a ſecuri q̃ primũ in altum trahimus:iu
ueneſq; duo & quinquaginta in populo oĩm optimi deligantur in tran/
ſtris ſe remis adcingãt. Deinde abite:prandiũ in mea domo propere para
te quod oĩbus ſuppeditabo. Iuuenibus hæc tm̃ mando. Verum uos alii
ſceptrigeri principes ad mea tecta excelſa uenite ut hoſpitẽ hũc amplecta
mini:nemo autem ſit qui neget. Domodocũ diuinũ Cantorẽ uocate:cui
deꝰ cãtũ tribuat oblectare qualẽ ſuggeret illi animꝰ. Sic dicẽs præiit/ mag
nates ſubſecũt̃. Præco cõfeſtim currũ cãtorẽ deduxit. Iuuenes lecti duo
& quinquagita uti iuſſum eſt ad littus maris uenere: & alii quidẽ nauem

in altū traxere/deinde malū erexere/ rudētes explicauere/ remos uinculis loriſq; adligatos expediūt/uela pandūt: alte demū in humidū impellunt atq; omnia probe. Mox uero in domū Alcinoi populus cōcurrit. Porticus quoq; & menia & edes conuenientiū multitudine cōplentur. Plures aderant iuuenesq; ſeneſq;/qbus Alcinous.xii.oues.xiiii. albas dentibus ſues: duos boues ut mactarēt dedit. Hos pellibus imprimis nudauere/cibo deinde aptauere. Poſtremo dapibus ſe adcinxere. Interim præco propinquabat optatū deducēs muſicū Demodocū/hūc muſa magnopere adamauit bono maloq; ſimul impertiit/oculis qdē priuauit. Dedit attamen dulcē canorē. Huic igr̄ Pantonous præco thronū argenteū in medio cōuiuarū proceræ adplicās colūnæ adduxit/ſupraq; caput eius ſonorā ſuſpēdit Citharā quā manibus attrectare cupiebat/iuxtaq; caniſtrū menſamq; ornatā & uini paterā adpoſuit/ut potare quū uelit liceat. Cōuiuæ aūt paratis oībus manus epulis extenderunt. Vbi uero potus ac cibi cōpreſſus amor/ Muſa poetā ad laudes Heroū canendas hortat᷑ carminis gloria ad cœlū uſq; penetrauit. Nāq; canebat uti Vlyxes cū Achille in diſſentionē uenit: ut qnq; acerbis inter ſe uerbis in deoꝝ cōuiuio cōtenderūt. Agamēnon uero animo lætabat᷑ quū Græcoꝝ optimates inter ſe certare uideret utq; phœbus eū apud Pythū adlocutus / ac in lapideū ſolū ingreſſus eſt oraculū daturus. Tūc primū Troianis Danaiſq; initiū fati Iouis magni cōſilio uerſatū. Hec igr̄ inclitus poeta canebat. Vlyxes uero dolore cōmotus tunicā ingentē purpureā manibus ad caput reuocauit. Pheacēſes enī uerēs celare cupiebat lacrymas uberes ex oculis fundēs. Ac poeta diuinꝰ hec adſpiciēs canere deſiit: lacrymaſq; ex ore abſtergēs ex capite tunicā deduxit deinde paterā aureā accipiēs dis libabat. Pheacēſiū uero optimates qd cātu lætarent᷑: poetā rurſus ad ceptū carmē exortant᷑. Vlyxes itē rurſus caput obducēs flere cepit. Hinc alios qdē oīa latuit/minime uero Alcinoū qui iuxta illū adſidēs grauiter ſuſpirantē audiebat/cōtinuoq; Pheacenſibus ſic ait. Audite queſo uiri principes iā epulis adfatim expleti: citharaq; ꝓbe exhilarati/cuius iucūditas epulas ſubſequi ſolet. Reliqū eſt ut in mediū prodamus ſimulq; certaminibꝰ oībus experiamur: ut hoſpes hic domū rediturus ſuis referat qtum nos Pheacenſes pugillatu/paleſtra ſaltu/curſu/ceteris mortalibus preſtemus. Sic dicēs præit/ceteri ſubſecūt᷑ Citharā uero poſt hec apud colūnā ſuſpēdit. Præco aūt Demodocū manu traens ex ædibus deduxit: eandēq; ac alii ſolēt uiā præcedens illi monſtrauit. At Pheacenſiū fortiſſimi certamina uiſuri in forū cōcurrūt. Popu

lus deinde frequẽs ſubſequit̃: iuuẽtus plurima & uiribus predita. Surre
xerũt ad pugnam Acroneus & Ocyalus & Elatreus & Nauteus & Prym
neus & Anchialus & Eretme9 & Põteus & Proteus igreſſu celer & Neus
& Amphialus Polynei Tectonidis fili9. Deinde Euryalus Marti ſimilis
& Naubolides qui poſt bonũ Laodamantẽ cũctis Pheacẽſibus & forma
& corpe pſtabat. Deinde tres Alcinoi filii Laodamas Halus & Clytoneus
Hoꝝ namq; alii primũ curſu certãtes e carceribus exierũt. V naq; omnes
ruentes cõfeſtim per campũ puluerulentũ extendebant̃ quos omnis bo
nus Clytoneus quantũ ſpatii duoꝝ ordo muloꝝ in cãpis occupat/ cete/
ros anteuolãs relinquebat. Alii paleſtrã tentant in qua Euryalus cunctis
preſtabat: ſaltu Anchialus reliquis melior: diſco preſtãtior Elatreus: pu/
gillatu Laodamas. Poſtq̃ uero ludis animũ ſatis exhilauere ſic Laodamas
adloquit̃. Venite amantiſſimi hoſpitẽ hũc iam interrogemus an certami
nũ aliquod didicerit/ aut nouerit: Nam indole ni fallor minime ignauus
uidet̃/ ut femora/ tibias ambaſq; manus admirãdas/ collũq; ingens ac ro
bur conſpicimus/ neq; bonæ inſup ætatis indigentem. Verũ multis deui
ctus eſt malis. Nõ enim puto ego triſtius aliud q̃ uirũ fortem in ponto
uerſari. Huic rurſus Euryalus reſpondens Laodamas inquit hoc bene &
ordine quidem dicis: ipſe nunc illum adcedens prouoca uerbiſq; adhor
tare. Quod ubi Laodamas audiit per mediã iens turbã Vlyxem ſic adlo/
quitur. Huc ades & tu hoſpes pater/ experire nobiſcũ ſi quid ludoꝝ aut
certaminũ noſti. Etenim te noſſe par eſt: quũ nulla maior ſit uiri gloria q̃
propriis aut pedibus aut manibus fortiter aliquid agere. Sed experire iã
abiceq; abs te meſtitiam: uia tibi redeundi nõ longe aberit quũ iam hui9
rei gratia nauis iam tracta ſit & ſotii parati. Cui Vlyxes Laodamas ait.
Quid me queſo hæc iubetis illudentes triſtitia mihi cordi magiſq̃ ludi
qui multa prius mala paſſus: nunc ueſtro in redeundo offitio indigens
uenio & regem & populum ſupplicatum Euryalus contra Ego te hoſpes
nequaq̃ inquit uiro certaminis perito æquipero que multa inter homies
uerſantur: uerum potius illi qui mare frequentans princeps ſit Nautarũ
queſtum uecturæ faciat. Inſuper uiatorum explorator ac ſi quid uſq̃ ſit
prædæ. Atletæ uero aut forti uiro nequaq̃ te parem facio. Vlyxes autem
ad hec ira adcenſus ac torue illum adſpiciens/ Hoſpes inquit nõ recte lo/
queris: uir nempe iniqus uideris.

Cœleſtes etenim non omnibus omnia prebent
Eloquium ingenium: membrorum gratia: uires
Non uni eueniunt.

Alius eni forma inferior fuerit:uerum deoꝝ munere corpis maculas elo quētia decorat ſic eū oēs læti ſuſpiciūt.Ille dulci ſermone tenet aures:leni tateq; morū ac in turba pollet / per urbē quoq; incidēs uti deus ſpectatur Alius cōtra forma deo ſimilis: uerū nulla uerboꝝ gratia pditus reperit̃ : quemadmodū & tu qui pter oris decorē nihil a deo habes/mēte inanis ac ſecors es.Me nāq; cōtumelioſis prouocās animū in pectore cōcitaſti.Ego uero certaminū uti tu dicis neſcius quidē nō ſum/ſed & inter primos exi ſtimo me eſſe donec ætati ac manibus his cōfido/ & quanq̃ nūc erūnis & laboribus premor(multa nāq; ſum paſſus & uiroꝝ bella & fluctus inſa nos exptus)cētabo nihilominus certamina. Nihil eni cor/ irāq; æque ac uerbū excitat/ me profecto uerbis laceſſendo accēdiſti. Dixit ac protinus ueſtē reſupinās:incūbenſq; diſcū cepit maiorē:craſſiorēq; ac longe terribi liorē q̃ quo Pheacenſes inter ſe ludere ſolerēt.Hūc intorquēs manu impu lit uaſta/ lapis per aera rotatus inſonuit / populus circa terrore attonitus ad humū uſq; pcubuit:ſignū uero quo oēs ille ſupauit Minerua uiro ad ſimilata poſuit/ſimulq; adlocuta eſt Hoſpes ſignum tibi poſitū uel cecus iudicaret attrectādo: qn̄ nō cū alioꝝ turba cōmixtū ſed longe prius ac re motū apparet/quāobrē bono ſis animo. Nullus eni Pheacēnū ad id per ueniet/aut ſupabit. Sic ait/ At Vlyxes ꝙ ſotiū amantiſſimū in certamine uiderit magnope gauiſus eſt.Deniq; alacrius alta uoce Pheacenſibus di xit. Hoc iuuenes ſignū petite poſt hoc eni celeriter aliud exiſtimo uel tā tundē ſeu longius pcedet: & qn̄ me ad irā puocaſtis:huc qcunq; is fue rit ex oībus Pheacēſibus ueniat : aliud mecū experiat̃ certamē ſiue pugil latu ſeu curſu(Nō recuſo:nō inuideo)præter q̃ Laodamas.Is enim mihi eſt hoſpes quis eni cū amico certet/ſtultus pfecto eſt ille ac penitus iners qui hoſpiti pugnæ cōtentionē offert:in alieno pſertim pplo ſeſe ſuaq; tur bat oīa.Alioꝝ uero neminē fugio aut uito/ſed cupio cōtra experiri. neq; inter uiros ignauus uerſor/ oīa ſane certamina probe/ tū arcū tractare no ui.Primus nāq; in hominū ferociū turba ſagipta ferire quanq̃ multi ſotii iuxta adſiſterēt iaculādo.Solus apud Troiā Philoctetes me arcu: ac arte ſagiptādi ſupauit qn̄ nos Achæi ſagiptis agebamus.Ceteris uero oībus qui in terris nūc cibū capiūt me longe in hoc genere pugnæ præſtantio rem puto/cum prioribus autem uiris nequaq̃ concurrerem. Neq; Hercu li. Neq; item Euryto Oechaliens / qui ambo ſagiptis cum dis certauerēt quamobrem ingens Eurytus confeſtim periit neq; ad ſenectam peruenit Apollinē eni arcu prouocans ab eodem eſt protinus interfectus. Haſtā

Diſci ludus lapis præ grauis.

Hoſpitē nō fas puocarē unde apd Liuiū claudius cāpanus qui criſpinū ro. hoſpitē ſuū i bello apd Capuā ſingulari certamine puocauerat ſuperatus eſt.

Igitur tam longe iacio dextra/q̃ non alter arcu ſagiptam. Solum curſu ue
reor ne a uobis Pheacenſibus uincar quod maris fluctibus magnopere
ſim adflictus. Anni toto tempore nauigando : quamobrem ſoluta ſunt
labuntq́; membra. Sic ait/ceteri ſilentium tenebant. Alcinous uero ſolus
reſpondit. Hoſpes tuus nobis non ingratus eſt ſermo uti plane conſpi/
cimus tuam uis quæ ſit apparere uirtutem : nimirum quod hic te uir ad
certamen prouocauerit / exiſtimo namq́; tuas nemo tentaret uires quod
animo ſuo contraria ſciret euentura. Verum meum queſo audi uerbum
quod & Heroum tu aliis referre ualeas qui tuæ domui tua cum uxore fi/
liiſq́; tuis forte epulabitur/noſtræ uirtutis memor qualia nobis Iuppiter
opera omnino ſupra maiores noſtros tribuit. Non enim pugiles admo
dum fortes neq́; paleſtritæ/uerum curſu pedum & arte nauali preſtamus
Poſt hoc nobis epulæ citharis/ ueſtes mutatoriæ/ calida lauacra & cubi/
lia curæ ſunt. Sed heus Pheacenſium ſaltatores quicunq́; clari eſtis ludi/
te ut Hoſpes hic quum redierit/ ſuis referre poſſit quantum & nautica &
curſu & ſaltatione cæteris præſtamus mortalibus. Igitur aliquis prope/
rans citharam Demodoco ferat ſicubi in ædibus fuerit noſtris. Sic Alci
nous/ At Præco ſurgit ſonoram ex ædibus propere laturus citharã. No
uem inſuper uiri principes ac iudices e populo ſurrexere / qui ſingula in
ludis bene & ordine diſpoſuere: chorum aptauere: pulchrum deniq́; cer/
tamen dilatauere. Præco interea e proximo aduenit Citharam Demodo
co ferens. Is uero in medium prodiit : circaq́; iuuenes in prima puber/
tate ſaltationis ſcientes conſtitere/ pedibus chorum diuinum pulſauere.
At Vlyxes pedum mollitiem/ dexteritatemq́; motus tacite inſpiciens ad Fabula de
mirabatur. Citharedus uero pulchram de Martis & Veneris amoribus Veneris &
cantionem otioſe modulabatur. Vt primum in domo Vulcani clam con Vulcani
cubuere/multa illa accepit/quod lectum complexumq́; Vulcani erubeſ/ cõplexu.
ceret. Vtq́; nuntius ei Sol uenerit qui coeuntes nouit. Vulcanus uero ut
primum uerbum audiit dolendum : ſtatim in officinam ferream animo
perturbato ac male cogitans deſcendit. Hic ingentem poſuit incudinẽ ac
uincula ſtatim firmiſſima & inſolubilia quibus illi uincirentur fabricat:
quibus abſolutis dolum Marti ac inſidias per iram parans in thalamum
ubi cubile iacebat contendit. Circa autem extremas ſpondas ita catenas
tenuiter ac demiſſe diffudit ut aranea tenuis ſolet. Sed nec ulli uel deo/
rum immortalium uidebantur. Poſtquam uero dolos cõſtruxit in Lem
num proficiſcitur quæ omniũ eſt ei terrarum cariſſima. Mars autem au/

ratis in æquo utens habenis minime captus oculis aut conniués ubi ab/
euntem alio uidit Vulcanum ſtatim ad eius domũ amore Veneris incen
ſus proficiſcitur. Illa uero nuper a patre Ioue ueniés ſedebat. Mars intro
domũ ſubiit. Venerem deinde manu cópellans adloquitur. Huc ades di
lecta mihi lectum ſimul cubantes conſcendamus Vulcanus enim in lem,
num ad Sinties agreſti uoce homines nó rediturus abiit. Sic ait ſtatimq
gratum ingreditur cubile. Itaq conſopiti uinculis que circunfuſa erant
ilico capiuntur. Captis membra mouere aut aliquo modo detrectare nó
erat. Tunc ineuitabiles inſidiæ cognitæ. At Vulcanus e proximo ſuper
uenit rurſus reuertens anteq̃ in Lemnũ perueniſſet. Sol namq ei fuit ex/
plorator: nuntiumq attulit. Ilico domũ animo incenſo atq irato petiit ac
in ueſtibulo conſiſtens (ira enim illũ uehementer ſubiit) orrendũ clama/
uit ita ut omnes audierint di Iuppiter pater & uos inquit alii di imorta/
les uenite: adeſte opera ridicula ac nó æqua conſpiciatis. Vt me claudum
exiſtentem Venus cótemnit: amatq Martem perfidum: quod is integer
& pedibus firmus exiſtat. Ego contra infirmus. Verũtamen nullus alius
mihi in cauſa eſt q̃ ambo parentes/ qui mihi eſſe nunq̃ debuerát. Sed que
ſo adſpicite q̃ impudenter ſeſe complectendo meũ inuaſerunt thalamũ.
Ego uero ſpectás ſum miſer & anxius factus ſpero tñ nó diu gaudebunt
cubantes quin eos penitentia facti ſubeat: quumprimũ ſeſe uinculis per
dolũ correptos conſpicient: donec mihi pater oía reddet dotalia quáta il
li cauſa puellæ ꝓmiſerá quod mihi pulchrá quidé uerũ impudicá filiam
locauit. Sic ait/ At di ad domũ confeſtim Vulcani ferreá conuenere. Ve/
nit Neptunus/ uenit Mercurius/ uenit Apollo longe iaculans. Deæ uero
delicatiores ſingulæ domi cũ pudore manſere. Cóſtitere in ueſtibulo di
bonoꝝ datores: riſus eſt illis ingens excitatus Vulcani cóſpicientibus ar
tes: ſic alius proximo dicebat. Malefacta male pereunt: minime placent:
num uides ut tardus celerem eſt conſecutus? ut nunc Vulcanus quanq̃
claudus Martem deoꝝ uelociſſimũ cepit? quáobrem ille munera ad ſe re
dimendũ debet. Talibus inter ſe colloquebantur. At Apollo Mercurio
Ioue nate inquit Mercuri bonoꝝ dator: malles ne in cubili iuxta Veneré
aureá uinculis preſſus duris cubare? Vtiná inquit ille hoc fieret Apollo
uinculaq ter táta me retinerét. Vos autem di deæq adſpicio: attamé ego
apud illá libenter manerem. Dixit: at di pariter riſere: nequaq̃ uero Nep
tunus: qum cótinuo Vulcanũ de Martis liberatione in hunc modũ ꝓca/
batur. Solue queſo ego náq unacũ ceteris dis quecũq ꝓ illo dare opus

libēter me recipio daturū. Cui Vulcanus ne me inqt Neptune hoc iube
quonā queſo modo te ego ceteroſq; deos expoſtularē ſi forte cōtingat ut
Mars hoc ære nō exſoluto e uinculis abeat. Cui rurſus Neptunus Si enī
hoc ait cōtigerit/ego inq̄ exſoluā. Tūc Vulcanꝰ negare demū qd poſcis
nequeo inqt: ſtatimq; illi laxatis uīculis q̄q̄ duriſſimis migrauere. Mars
qdē in Thraciā Venus aūt Paphū ubi tēplū ei araq; ſacra. Hic eā charites
lauere/oleoq; īmortali unxere uti deos ſolēt: ueſtibꝰ deniq; diuinis mira
bile dictu ornauere. Hec igr̄ poeta inclitus canebat. Vlyxes aūt audiēs ſi
mul cū Pheacēſibꝰ aīo lætabat̄. Alcinous uero Haliū & Laodamāta ſepa
tim pſallere deinde iuſſit: qd cū his nullus in hoc gnē cōcurrere auderet.

Hiq; Pilam primo manibus ſumpſere decoram
Quam Polybus quondam præſtanti fecerat arte — Ludus pilæ
Alter terga retro flexus conſurgit ad ictum
Procinus: ac illam compellit in aere ſummū
Excipiens alter: terram prope compulit ire.

Poſtq̄ uero Pila inter ſe luſitauere ſaltare ceperūt per humū pedes frequē — Saltatio.
ter alternātes. Iuuenes uero alii in certamine cōſiſtentes adpoſitæ cātabāt
murmuris inter hæc multū oriebat̄. Vlyxes uero Alcinoe inqt tuos nē/
pe ſaltatione præſtantes te recepiſti fore. Hoc actū pulcherrime ita ut oīs
admirari poſſit. Sic ait Ac Alcinous animo gauiſus Pheacēſes inqt prin
cipes atq; duces Hoſpes hic mihi nimiū ſapere uidet̄: quāobrem hoſpi/
tali munere illū ut eſt æquū honoremus. Duodecim enī per populū præ/
cellētes principes prodeāt. Ego uero tertiuſdecimꝰ inter eos quoq; qlibet
ueſtē tunicāq; nitidā ac auri talēta ferat: ſtatimq; cōgregata cūcta ſimul in
manibus feramus ut hoſpes hic recipiēs lætus abeat. Euryalus uero ꝙ eū
nō recte ſit adlocutus non ſolum munere ſed uerbis eundē placet. Sic ait
Ceteri laudauere: dona ut ferret qlibet per Præconē iuſſere. Alcinoo poſt
hec Euryalus talibus reſpōdet. Alcinoe rex hoim clariſſime. Ego nempe
hoſpitem ſicuti tu iubes placare ſtudebam: ei namq; enſem ex ære totum
dabo cui capulum eſt argenteū: uagina ex ebore nup ſecto circū ornata:
quod uel ciuitate dignum ac penſandū munus ei fuerit. Sic ait: ſtatimq;
in manibus illi enſem tradidit ac cōpellans eum talibus adloquitur. Sal
ue pater hoſpes uerbū ſi qd in te graue dictū fuerit: hoc uenti procellæq;
auferant. Tibi nāq; di dent & uxorē reuiſere/& in patriā incolumē redire
quādo diu procul a tuis incomoda multa pateris. Cui Vlyxes & tu inqt
mihi dilecte ſalue. Dēt tibi opes/reſq; ſecūdas di. Nō enī poſtmodū huiꝰ

tibi enſis quo me placaturus donaſti deſideriũ fuerit. Dixit ac circum hu
meros illum ſibi aptauit. Interea & dona inclita illi adfuere: hæc in domũ
Alcinoi Præcones tulere: puerią quibus impabat Alcinous excepere/ac
prope illius matrem uenerabilem poſuere. Venientes autẽ illi principes
in altis conſederunt thoris/tunc ſic uxorem Areten Alcinous adloquit.
Huc ades coniux fer arcam omniũ pulcherrimã in hac ueſtem & tunicã
terſam ponito: circaq; aenum igni ſuſpendite/aquã calefacite: ut lotus ho
ſpes uidenſq; cũcta bene diſpoſita ac uenientes huc cũ donis p heacenſes
lætus dapibus accũbet: cantorem hymnũq; audiat. Tũc ego quoq; meũ
calicem pulcherrimũ/ aureumq; illi dabo ut mei memor ille perpetuo in
domo ſua Ioui & aliis dis libet. Sic ait Arete autem ancillis iubet ut igni
magnũ admoueant tripoda. Illæ iuſſa faciũt tripoda igni admouẽt/aquã
deinde ſup/ligna ſubigũt/tripodis alueũ ignis ilico eſt amplexus/ aquæ
calefit. Poſt hæc Arete hoſpiti pulchrã e thalamo arcam actulit. Deinde
Pheacenſiũ in ea dona elegantia condidit/pulchrã ipſa ueſtem/ tunicãq;
illis addidit: mox illum compellans ſic adloquitur. Ipſe nũc adſpice cali
cem hũc uelociter apud te adliga: ne quis in itinere in naui forte dormiẽ
ti ſurripiat. Hæc ubi Vlyxes audiit: calicẽ ſtatim ſuſpendit/ firmiterq; ad
ligatum uincto oportuno quod eum Circe docuit. Poſt hec illũ proma
lauare iuſſit labro in medio poſito. At ille ubi calidum cõſpexit lauacrũ
magnope lætatus eſt animo: quod poſtq̃ Calypſus domũ reliquerit per
mare uectus nunq̃ calida lauerit: tũc enim deæ cura illius maxima fuerat
Hunc igitur ubi famulæ lauere diligenter/atq; oleo unxere ueſte ac læna
pulcherrima amiciũt. Deinde ex labro prodiens lotus quo lubebat pro/
ceſſit. Naſicaa inter hec forma deæ ſimilis medio ueſtibulo cõſtitit & Vly
xem adſpiciẽdo admirata ſic adloquit. Salue hoſpes quũ in patria fueris
tua/mei ſis memor: qñ uitæ premia mihi debes. Cui Vlyxes Naſicaa Al
cinoi magni filia inquit. Ita nũc Iuppiter Iunonis coniux det mihi redi/
re in patriã ut tibi ueluti imortali deæ ſacrificans perpetuo ſupplicabo q
me o digniſſima puella uitæ reſtitueris. Dixit/iuxtaq; Alcinoũ in thoro
conſedit. Miniſtri uero epulas diſtribuũt/ uina fundũt/ Præco quoq; ex
ꝓpinquo aueniẽs Demodocũ pplo deſideratũ deduxit/ ac in cõuiuarũ
medio iuxta colũnam locauit. Tũc Vlyxes Præco ait a ſuis dorſo incipe

Suillinum dorſum in prætio.

multũ eni in eo relictum/multumq; abdominis circa ineſt. Ex hac igitur
parte carnem Demodoco adpone: ego uero quanq̃ miſer eum magnope
re diligo & amplector. Inter homĩes enim poetas ac muſicos honoris &

reuerentiæ maxime participes eſſe fas eſt:quod eos muſa cantu inſtruxit
amatq; Poetarū genus. Sic ait/ Præco autem manibus ferens eadem De/
modoco adpoſuit:ille prompte letabunduſq; ſuſcepit. Poſtq̄ uero biben
di atq; edendi libido compreſſa Demodocū Vlyxes adfatur: Demodoce
ꝑter cæteros ego te mortales magnoꝑe collaudo ſiue te muſa ſeu te Apol
lo docuerit Achiuoꝝ namq; caſus quoſcūq; illi paſſi fuerint: ſiue quod
illis ipſe interfueris aut ab aliis forte audiueris ꝑfecto egregie cātas. Sed
iam ulterius progredere equi lignei ordinem cane:quem Epeus cum Mi
nerua condidit ac in arcem Vlyxes per dolū introduxit hominibus com
plens armatis qui Ilium euerterunt. Quod ſi hec recte & ordine narrabis — Prefari deū
ſtatim ego cunctis referam:at ille dictis excitatus :deū ante omnia præfa
tus cātum exorditur:hinc initiū capiens/ quemadmodū Argæi reditum
ſimulantes ſoluerūt/ ac tentoriis ignem plurimū relictis iniecerunt. Alii
uero equo incluſi in Troianorum foro duce Vlyxe cōſidebant. Ipſum
quoq; ubi Troiani in arcem traxere tribus fuere ſententiis/uel haſta ute/
rum equi abrūpere:uel precipitē ab arce per ſaxa dare/uel ſic dimittere ut
deoꝝ eſſet propiciatio:in qua ſentētia ꝑmanſuri erāt: q̄d fatū exiſtebat ci
uitatē eſſe periturā. Vbi uero illū admiſerūt: in quo Achæoꝝ oēs fortiſſi
mi fuere Troianis exitiū ferentes aderant:canebat uti ex equo diffuſi cæ
uum deſerentes latus alii alio diſcurrerunt urbem miſcentes atq; Vlyxes
Marti ſimilis unacū Menelao ad domū Deiphobi adceſſerit:ibiq; dirum
bellum auſus demū per Mineruam fortiſſimā uicerit. Hec diuinus poeta
canebat. Vlyxes uero audiendo ſollicitabat̃:lacrymaſq; ex oculis geniſq;
uberes fundebat:quemadmodū uxor flet carum complexa uirū qui ut a — Compatio
patria liberiſq; diem repellat malū ante urbem ac populū cadit. Illa uirū
morientem ac palpitantē cernens circa effuſa clamitando queritur. At ho
ſtes retro tergus humeroſq; illius cōuerberātes in ſeruitutē laborē ac miſe
riā cōpellūt:illius itē ora & genæ fletu miſerabili corrūpunt̃. Sic Vlyxes
meſtas ex ore lacrymas fundebat:q̄d ceteris q̄dē minime animaduertenti
bus Alcinous tm̄ qui iuxta ſedēs grauiter ſuſpirātē audiebat deprændit.
Quāobrē Pheacenſes inq̄t principes audite. Demodocus iam cithara ſo
nora deſinat: non enim oībus gratus hæc canit:exquo eni cœnare cœpi
mus & poeta canere:hoſpes hic queri nūq̄ deſiit &in anguſtia uerſare ani
mū uidet̃:quāobrē & poeta deſiſtat & nos unacū hoſpite ſimul ad lætio
ra cōuertamur. Hoſpitis nāq; hui9 uenerabil̃ gr̄a ad hec cōuenim9:mune
raq; & auxiliū in reducēdo parauim9/ quū hoſpes q̄cūq; uel ſupplex hoī

Nota. Pheacenſiũ nabes ſenſũ quodámo/do hñtes.

quí paululum animo ſapit loco ſit fratris. At te hoſpes ne queſo mentis
altu mecela quæcunq; percuntabor. fateri enim te longe præſtat. Dic ſo/
des nómen quo te mater atq; pater & alii quicunq; in urbe aut circa habi
tant uocitent: nullus enim eſt inter homines ex quo natus ſiue bonus ſi
ue malus abſq; nomine inuentus/ſed paſſim omnibus inditum: ex quo
a parentibus exeunt. Dic rurſus terram & populum & Ciuitatem tuam:
ne eo te naues noſtræ quæ animos obſeruant noſtros tranſmittant. Nó
enim Pheacenſibus gubernatores exiſtũt/neq; temones habent ſicut aliæ
naues: ſed ipſæ mentes hominũ ac ſententias tenẽt: & omniũ hominum
urbes & pingues norunt agros: præterea imenſa maris pertranſeant ſpa/
tia aeris caliginoſi nube operti: neq; illis naufragium pati aut perire me/
tus eſt ullus. Sed & ut ego quãdoq; a patre meo Naſithoo audiui qui di
xit Neptunum nos admirari ſolere quod auxilio ſimus omnibus eos ſe
cure nauibus deducendo. Dixit item tũc fore ut Pheacenſium nauis ex
reductione reuertens in ponto quandoq; reſideret/magniq; inſtar mon/
tis nobis circa Ciuitatem adumbraret. Hæc deus an faciet an imperfecta
relinquat ut animo lubebit agat. Sed queſo mihi refer ueraq; narra ubi er
raueris & ad que hominũ loca perueneris: an urbes habitant: an duri &
agreſtes ſeu potius hoſpitales & animo relligioſi. Dic inſuper cur fles &
animo angeris Danaum ac Ilii luctum audieus/quem di fecere/omni/
buſq; homiuibus exitium præbuere: futuris uero cantum ac poema. An
aliquis tibi forſan propinqus apud Troiam periit/ſeu gener bonus/ſeu
ſocer: qui ue maxime neceſſarii ſunt poſt & ſanguinem & genus eorum
ſiue etiam aliquis uir amicus & gratus quando non fratre eſt peior qui/
cunq; ſit & amicus & ſapiens.

Libri Noni Argumentum. I.

Nitium Vlyxis narrationis in quo ſe diu bellum geſſiſſe cum Ciconibus & ad Lotophagos penetraſſe & ad Polyphemũ Cyclopẽ profectum eſſe/ & hunc ſex ſotios deuorantem excecaſſe refert.

Lyxes uero ſic reſpondit. Alcinoe princeps profecto pulchrũ hunc audire Poetam eſt qui cantu par dis uidetur: equidẽ nõ puto finem aliquẽ gratiorem eſſe aut optatius contingere ꝙ letitia cunctũ eſſe populum affectum Conuiuæ inprimis in ædibus Poetam audiũt ordine ſedentes: iuxtaq; menſa cerere/ ac carne referta. Hinc pincerna uinũ ex cratere auriens adfert: pateriſq; fundit quod mihi profecto gratiſſimũ. Te namq; de meis interrogare laboribus animus impulit ut magis ac magis referendo doleam. Referam qum ita tibi placuit ordine/ quid primũ/ quid deinde/ quid deniq; poſtremo fuerit ex meis erumnis quas mihi di multas & malas inflixere. Nũc nomẽ ante omnia meũ dicam ne neſcii ſitis. Ego poſtꝙ erro profugus extremũ euitans diem ad uos hoſpes uenio procul hinc habitans. Sũ nãq; Vlyxes Laertis filius qui dolis ceteris preſto mortalibus: meaq; ad cœlũ uſq; gloria peruenit. Incolo Ithacam/ cui mons ĩminet Neritus. Circaq; inſulæ multæ ualde inter ſe propinquæ Dulichiũ & Samus & nemoraſa Zacinthus. Ipſa uero humilis in alto iacet ad Occidentẽ pertinens: aliæ ſeparatim uerſus Orientem ſolũ aſpera ſane ſed optima ſalubriſq; pueris educandis. Nõ ego illa terra poſſum dulcius quicꝙ uidere. Nã & Calypſo dea ſecum me uoluit retinere: ſimiliter & Circe Aeæa dolis in ſuis ædibus maritũ ſibi habere: uerũ animo nunꝙ meo perſuadere potuerũt.

Dulcius eſt patria nil atq; parentibus uſquam — De amore patriæ.
Illi præſertim qui longe a finibus errans
Forte domus propriæ: peregrina in ſede uagatur.

Nam ego reditũ meũ uariis plenũ curis referam/ quas mihi a Troia diſcedẽti Iuppiter intulit. Ex Ilio primũ uentus ad Cicones: urbemq; Iſmarum detulit: quã ego diripui/ prædã ac coniuges/ opeſq; multas accipientes diuiſimus: ne quis mihi partem nõ æquam inuideret. Hinc ego recenti adhuc & humido pede noſtros fugere iuſſi: at ſtulti minime audiere. Nam dum meri multũ hic bibunt/ multaſq; oues apud littus occidunt: Ecce Cicones ciconibus ſe iungentes uicinis qui multi ſane ac fortes con

tinentẽ habitant ac ex equis cum uiris decertare: quũq; opus etiã pedites
agere ſolent confertim/tantaq; multitudine uenerũt ut folia floreſq; uere
primo apparent. Tũc malũ Iouis fatũ male perituris adfuit ut ærumnas
pateremur multas. Circunſiſtentes igitur naues oppugnauere/ haſtæ fer
reæ utrimq; iactæ. Igitur ad meridiem uſq; contra eos q̃uis numero ſupe
riores durauimus. Vbi uero dies ad ueſperam inclinauit tũc Cicones ir/
ruentes Achæos prœlio ſuperauere: ſexq; ex naui qualibet ſotii deſidera
ti: reliqui uero mortẽ fugimus. Inde q̃primũ ſoluimus læti quod fatum
euaſimus/meſti rurſus quod uiros amiſimus. Nõ enim naues abire pri9
permiſi q̃ miſeroꝝ ſotioꝝ ter quẽlibet clamarẽ qui in Ciconũ campo ab/
ſumpti fuere. Nauibus deinde Iuppiter uentũ imiſit Boream cũ procella
imenſa: quæ terrã pontũq; nubib9 obduxit/nox quoq; exorta e cœlo eſt
quãobrem naues in obliquũ ferebant̃ / uela in tris quattuor ue partes uis
uenti diduxit. At nos mortẽ preſentẽ metuentes in naues excidimus/eas
ex alto in terrã certatim deducere conantes. Hic duas noctes duoſq; cõti/
nuo dies iacuimus anguſtia & dolore præſſi / at quũ tertiũ diem aurora
excitauit/malos cõſtituimus/ albaq; uela pandẽtes eramus/ naues quoq;
uentus & gubernatores direxere & profecto incolumis in patriã perueni
ſſem nisi me unda fluctuſq; ac aquilo exagitatũ in Malcam impuliſſet in
curuam. Hic uentis aduerſis nouem diebus per pontũ ſum delatus. De/
cima uero ad terram perueni Lotophagoꝝ qui cibum herbidum paſcun
tur. Hic in terrã ad aquam auriendam deſcendimus / ſotiiq; ſtatim apud
naues cœnauerũt. At poſtq̃ potus ac cibi compreſſa uoluptas: tunc ego
ſotios duos deligens tertiũ præconem ſimul addens exploratũ miſi qui
nam mortales eſſent qui in terra uiuerent. Illi ſtatim abeuntes cũ homini
bus Lotophagis ſeſe cõmiſcuere/ quibus illi nõ aliter perniciem inferen/
do nocuere/tantum lotum ad deguſtandũ prebuere/quoꝝ quicũq; dul/
cem illius fructũ ediderat nõ amplius nec redire/neu referre nobis quicq̃
curauit ſed cum Lotophagis illis lotũ & ipſi edentes remanere uoluerũt
omnino reditus obliti. Hos ego demũ ad naues flentes per uim duxi ac
ſub carinarũ iugo relegaui/ceteros uero delectos ſotios confeſtim naues
cõſcendere iuſſi ne forte & ipſi lotũ eodem modo deguſtãtes reditus ob
liuiſcerentur. At illi ſtatim ingreſſi in tranſtris ordine manẽtes conſedere
ac remis pontũ ſecauere. Hinc tandem meſti animo in terrã proteruoꝝ &
imaniũ Cyclopũ uenimus qui dis imortalibus cõfidentes neq; manibus
plantant neq; arant ſed & triticũ & ordeũ minime ſatũ aut aratũ apud eos

De Cyclo/
pũ genere.

naſcitur. Vineæ quoq; uberes uuas ferunt: quas Iouis imber adauget. Eiſdem quoq; nec fora ſunt neq; iudicia ſed montiũ altoꝝ habitant cacu mina in cauis terræ ſpeluncis/quiſq; ſibi ius dicit: filios uxoreſq; inter ſe cõmunes habent. Inſula deinde breuis ac nemoroſa ſecus portũ extendi/ tur Cyclopũ terræ neq; propinqua neq; item remota/ ubi capræ agreſtes infinitæ naſcunt quos hominum iter aut ambulatio quod locus inadce ſſus minime proibet: neq; itẽ uenatores qui per ſaltus montiũ cacumina cũ labore ſectãtur omnino ueſtigãt. Nõ enim gregibus/ aut aratris terra colit/ſed inſata & inarata ꝑpetuo hoĩbuſq; uiduata eſt/tãtũ capras paſcit Neq; itẽ Cyclopibus naues: nec uiri nauiũ fabricatores qui ue nauigãdo quemadmodũ mos eſt hoĩm inter ſe urbes adeant ac comertia tractẽt. In ſulam optatam colunt nõ admodũ malam/ fert enim fructus omnis ſuo quoq; tpe. Nã & prata iuxta maris ripas amenas aquis irrigua. Vineæq; uirentes & ĩmortales exiſtũt. Deinde aratio facilis: ariſtæ inſuper per ma turitatem grauidæ & inclinantes ob ſoli ſubtus fertilitatem ac pinguedi/ nem. Portus nauibus adcomodus ubi nõ rudentibus opus aut reſte ad/ ligari/aut cubilia ſterni / adeo ut eo adpulſos diu tuto manere ualeãt: do nec nautis ſoluendi tempus uideatur/uentiq; adſpirent. Iuxta uero por/ tus caput lucida fluit unda/foreſq; e ſpecu ac alni circum naſcuntur. Huc itaq; adnauigauimus/ quo nos aliquis profecto deus per obſcurã noctẽ duxit/inſula nuſq̃ apparebat/aer quoq; circa naues obſcurus ac profun/ dus erat: lunam in cœlo minime apparẽtem nox interpoſita nubibus te nebat: neq; longos fluctus rotãtes ad rerram uſq; uidimus priuſq̃ ad na ues adpulerint. His demũ adpulſis uela cuncta legimus. Deinde in litto re otius deſcendimus: hic demũ feſſi dormitantes aurorã expectauimus Vbi uero primũ illuxit inſulam admirantes ad ipſam conuoluimur. Hic Nymphæ Iouis filiæ capras e mõtibus excitarunt unde ſotii cœnare po/ ſſent. Nos ſtatim incuruos arcus ſagiptaſq; ex nauibus ſumentes triplici inſtructi ordine direxim9. Dei tandẽ munere dulcis & optatæ uenatiõis compotes fuimus. Naues me ſecutæ ſunt duodenæ/capræq; nouenæ cui libet ſortitæ/mihi aũt ſoli denæ delectæ. Vbi uero ſol in occidentẽ incli/ nauit conſedimus oẽs: dapibus meroq; adcingentes. Nõ enim rubrũ in nauibus uinũ defuerat quod multũ ex urbe Ciconũ quã cepimus in am phoris auſimus. Poſt hec in Cyclopũ terrã uacuã puenimus. Nã & ipſo rũ uidimus fumũ/ ouiũq; & caprarũ audiuimus uocẽ. Quũ primũ uero ſol occidit in maris littore procũbentes dormiuimus. Vbi aũt illuxit tũc

concionem cogens. Vos inquã amãtiſſimi ſotii hic remanete ego cũ mea naui meiſq comitib9 ibo exploratũ qui nã mortales ſint/an graſſatores: agreſteſq & malefici/ſeu potius hoſpitales & relligioſi deorũ cultores. Dixi/ac ſtatim ipſe nauim cõſcendi: ideq meos facere iuſſi. orã deinde ſoluere. Illi obtemperãtes ilico tranſtris conſedere/mareq remis pulſauere.

De Antro Polyphemi

Ac loca contigimus poſtq̃ uicina Cyclopum
Hic ſpecus excelſa pelagiq in parte ſuprema
Conſpexi lauris denſum: ſiluaq recenti
Caprarum pecudumq greges ubi forte frequentes
Stabant: ac iuxta ſaxis orrentibus aulam
Extructam pinus: quercus quoq plurima uallant
Hic demum a reliquis uir longe ac ſolus aberrans
Per campos paſcebat oues: qui iura: hominumq
Fas: minime ſeruans: diuos ſpernebat & ipſos
Monſtrum orrendum ingens: facie mortalibus impar
Omnibus: in terris frugem guſtantibus: alti
Quin potius referens nemoroſa cacumina montis.

Tunc ego iuſſi alios dilectos ſotios apud nauem manere ac eam ſeruare Duodenos inſuper fortiſſimos ſotios mihi deligens acceſſi mecum eſſerens utrem caprinã uini nigri dulcis: quod Maro Euanthis filius Apollinis ſacerdos qui Iſmarã colit mihi dedit/quoniã illũ cũ filiis & coniuge eo uenientes uenerati ſumus/habitat enĩ in Apollinis ſilua nemoroſa. Is igitur p̃clara mihi dona præbuit. Septem auri facti talenta: dedit & craterem argenteũ: poſt hæc uini amphoras duodenas dulcis admodũ ac potus pene diuini/q̃d nullus nec ancillarum neu famulorũ domeſticorũ ſciebat/ſed ipſa tantũ uxor & proma una ſola: quod inquã uinũ quũ ipſe biberet uni pateræ uiginti aquæ partes addebat/ odorq ingens ac ſuauis a cratere ſpirabat ut nemo ex eo facile cõtinere potuiſſet. Huius igr̃ magnã ac plenã utrem: uiaticũq in pera mecũ ferens animo impellor hominẽ ingenti robore præditũ & agreſtem: iuſq ac fas minime colentẽ ultro adire Confeſtimq in antrum uenimus ubi ille non aderat quod oues per paſcua fertilia duceret: ingreſſi ac cũcta ſane adſpiciẽtes admirati ſumus. Portarũ ante limina pre magnitudine inſonuere/ uaſa caſeis onerata/ſtabula agnorũ & edorũ cõferta/utraq enĩ diuiſa muniebant/ſepatim prius natæ ſepatim mediæ & itẽ iuniores. Sero uaſa cũcta mũdabãt/ mulctra ſciphiq in quibus mulgebat adfabre laborati. Hic me ſotii ante oĩa orant hortan

Nota. Vini Maro nei p̃ti uni uigĩti aquæ miſcentur.

turq; ut caſeos auferentes ac agnos e ſtabulis rapientes ſtatim ad nauē de duceremus. Indeq; rurſus p mare nauigare/ quos ego minime audiui qđ lōge pſtare uidebaẗ ut & ipſum uiderē/ qui ſi mihi xenia daret (nō enī da. turus erat) nrīs pculdubio æquus erat futurus. Hic igr̄ ignē adcēdētes/ ac cupide caſeos edētes pmāſimus. Illū uero intus ociole ſedentes expectaui. mus donec paſcēs rediit/ dorſo ingentē arridæ ſiluæ faſcē ferēs ut ei ad cœ nā uſq; ſuppeditaret: intraq; antrū proiectus tumultū excitauit. Nos aūt pterriti in antri penetralia lōge ſeceſſimus. Ac in latā ſpelūcā pigues oues impulit oēs quas mulgere ſolebat. Mares autē Arietes uidelicet & hircos extra portā & altā caulā reliqt. Ipſe demū ſaxū ingēs in altū tollēs: quod nō duo & uigīti currus quadriiugi ab humo amouerēt hoſtio repagulū ac munimentū oppoſuit. Poſt hec ſedens: oues mœchaſq; capras ordine mulxit: ac fœtū quælibet ſubito repetiit/ deinde lactis qđē dimidiū in ui/ mineis ponēs calathis caſeis faciēdis/ dimidiū uero in uaſibus conſtitutū cœnæ reſeruauit. poſtq̄ operā abſoluit/ tūc demū ignē adcendit/ noſq; pri mū uidit atq; interrogauit. Hoſpites cuiates eſtis/ quo tenditis per maris uias ſiue uſus gr̄a ſeu fruſtra erratis ſicut pdones per pōtū eūtes/ ac aīas in diſcrimine ponētes ut aliis pniciem & exitiū ferāt. Sic ait ac nobis ilico uocem ipſius uaſtā atq; orrendā expaueſcentibus animus concidit. Ego ſic reſpondi. Nos e Troia errantes Achæi per magni ſpatia maris omni/ genis uētis domū redeūtes per aliā uiā aliudq; iter uenimus: ſic Ioui pla/ cuit/ populi Agamēnonis Atridis eſſe gloriamur/ qui fama eſt ſup æthe ra notus: q̄ tantā diripuerit ciuitatē ac tot populos pdiderit. At nos tua ad genua procumbētes uenimus ſi quid hoſpitalis auxilii aut aľs dono quod hoſpitibus cōueniat iuuare poteris. Sed o uir optime uerere deos: uenit ſiquidē Iuppiter hoſpitalis ſupplicū & hoſpitū fautor qui hoſpiti/ bus ſimulq; uerecūdis comitem ſe pbet. Sic dixi at ille crudi reſpondit aīo Stultus es hoſpes/ an longe hinc noſtri moris ignarus uenisti? qui me deos iubes uereri aut uitare? Nō enī Cyclopes Iouem uerētur/ neq; item deos beatos qđ longe ſimus potentiores. Nā ego profecto irā Iouis uita turus neq; tibi neq; ſociis tuis parcerē niſi mihi ſuaderet animus. Sed dic ubi nā nauem huc ueniēs reliqueris/ an in extremo littore procul an pro pe ut ſciā. Sic ille me tentādo percunctaẗ/ quod minime latuit multa ſcien tem ueruū & doloſis reſpondit uerbis. Nauem mihi Neptunus ad petras contūdens fregit ueſtræq; terræ finibus propinquā reddidit. Ventus enī illā ex mari diſpulit: factū ego tantū cū his quos uides euaſi. Sic dixi: at il

le animo uiſus truculēto nihil reſpondit: ſed in ſotios irruens manus ex
tendit/duoſq; ex his tātū catulos adripiens humi adlidit/quāobrem cere
brū excuſſum terrā cruoreperfudit/mēbra deinde trūcatim ceſa cibo para
uit/uorauitq; demū ut leo mōtanus/neq; uiſcera/neq; carnes/neq; itē oſſa
relinquendo. At nos atrocia facta cōſpicientes Ioui manus flentes teten/
dimus/mentem ſtupor occupauit. Poſtq̄ uero Cyclops uaſtum comple
uit carne humana uentrem/lac inſup bibit & in antrū intra oues ſe condi
dit. Mihi uero ex animi magnitudine mecū cogitanti/ an propius adce/
dens enſem quē ad latus forte habebā educerem/ac in pectus ubi praecor
dia epar habet perfoderē manus inſup uincirem: aliud deinde conſilium
ſuccurrit/quod hoc quanq̄ ſuccedente/nihilominus ibidem periremus:
quoniā ingentem lapidem quem oſtio oppoſuerat auellere nequaq̄ facul
tas nobis eſſet. In hac igitur anguſtia conſtituti auroram expectauimus
quū uero primum illuxit ignem ille excitauit/oues mulxit/omnia recte.
Duos poſt hec alios ſotios ſimiliter adlidens cibo parauit. Coenans aūt
extra oues miſit: facile referans magnū auellendo lapidem/quē mox tanq̄
pharetrae operculum repoſuit ne periret. Multo deinde impetu Cyclops
oues ad montem impulit/at ego relictus eram dira uerſans animo ſiquo
modo illū inuaderem cōpotemq; uoti me Minerua faceret. Hec demū co
gitanti ſententia uiſa eſt huiuſcemodi potior/Cyclopis enim robuſta/in
genſq; claua iuxta multrā iacebat oleagina quidē ac uiridis/quā ut exſic/
catā ferret inciderat. Hāc nos adſpicientes magnae nauis onerariae quae per
maria uehitur malo & longitudine & latitudine compauimus: Ex hac igr
ego incidi q̄tū eſt ulna ac ſotiis ad acuendū tradidi/ qd illi certatim fece/
re/ego quoq; ſimul innixus idē cōtēdi/deinde igni admodū praeuſſi. Po
ſtea ſub fimo q per ſpeluncā multus erat effuſus clam locaui/ ſed & alios
ſorte eduei iuſſi qui mecū Cyclopis dulci ſonno quieſcentis oculū obeli
ſto tranſfigere auderēt. Illi uero q̄tuor quos ego nō alios deligere uolui
ſſem/ſorte eduxere. Electus nihilominꝰ & ego inter hos qntus. Cyclops
interea ſero uenit/paſtu reducēs oues quas ſtatim in latā impulit ſpelūcā
oēs quidē: nulla demore relicta ſiue uidēs ac prudēs ſeu ꝙ ita deus uolue
rit. Vbi uero lapidē ingentem attollēs adpoſuit oſtio: ſedit: oues capraſq;
moechas mulgēs atq; oīa recte ſubitoq; fetū quaelibet repetiit. Poſtq̄ ue/
ro opam abſoluit duos itē miſerabiles ſotios ſimiliter capiēs cibo ſibi pa
rauit. Tūc ego prope adſtās: ac ciatū uini nigri in manibus tenēs Cyclo/
pem ſic adloquor. Cyclope en bibe merū/qm̄ humanas ediſti carnes uti

uideas qualē noſtra carina potū aduexit: tibi nāq; libabo ſi me domū re/
mittendo mei miſereberis. Inſanus miſer neq; tolerādus quonā modo te
aliquis hoīm aut populo℞ adibit qn̄ nō recte agis. Sic dixi: ille uero rece
pit/ ac bibit dulci potione delinitus grauiter iacuit: neq; rurſus rogat. Da
iterū hāc libēs potionem nomēq; tuū dicite nūc q̄primū ut tibi hoſpitale
munus quo maxie gaudeas p̄beam. Nā quanq̄ Cyclopibus terra fert ui/
nū p̄ſtantiſſimū: illudq; Iouis imber adauget: hoc tn̄ nr̄m Ambroſiæ ne
ctariſq; genus eſt. His dictis uinum ei e ueſtigio rurſus p̄bui/ in ſūma ter
opculi: ter ille ob ſuā dementiā bibit. Vbi uero circū p̄cordia diffuſū ad
mentē uſq; puenit ebrietas: tunc ego illū blandis adloquor. Cyclopes ro
gas me nomen inclitū: dicā eqdē/ tu uero munus hoſpitale qđ promiſiſti
queſo tribue. Nulli mihi eſt nomen/ Nullū inquam me pater & mater & Nullus.
alii ſotii omnes uocitant. At ille truci reſpondens animo. Nullū ego in/
quit ultimū ſuo℞ ſotio℞ edam: alios uero prius: hoc noſtrū munus ha/
beto. Dixit: & ilico reſupinus cecidit: recubanſq; ac craſſam protendēs cer
uicem iacuit: ſomnus oīm domitor ſubiit: uinū quoq; & fruſtra humanæ
carnis uoratæ ex imo gurgite ruunt: mero tandem grauis euomuit. Tūc
ego ſudem præuſtam uti calefieret ſub multa cinere merſi: ſotioſq; uer/
bis ne ob metum tergiuerſarentur ſum adortatus. Poſtquam uero ſudes
oleagina uehementer ignita & iam iam cremari uidebatur/ tunc ego hāc
tuli. Sotii uero circa adſtabāt/ qbus audaciam magnus addidit Deus. Il/
li Sudem ex me corripientes/ ſic acutam in ſummum oculum infixere.
Ego tunc inſuper adſurgens eundem ut facilius penetraret circumuolui:
ac ueluti uir aliquis haſtam naualem terebrat. Alii loro adligato terebrā
utrimq; commouent: illa facile currit. Sic tunc nos Sudem in oculo cir/
cumuertimus: ſanguis autem longe effunditur: Cilia palpebraſq; om/
nis uapor ingens ardēte pupilla cremauit: igni quoq; radices raucæ reſo
nabant/ ueluti quū faber ferrarius ſecurim aut ligonem ardentē in frigi/
dam mergit aquā magno cōmurmurat ſtridore (hoc eni ferri robur aut
uis facit) ſic oculus ſude oleagina tranſfixus concrepuit. At ille orrendū
queſtus prope ſaxum exclamauit. Nos autē timentes retro ceſſimus. Ille
ſudem infixam ex oculo multo cū ſanguine auulſit: quo auulſo Cyclo/
pas alios ingenti uoce clamauit: qui in ſpecubus iuxta uicinos habitabāt
montes. Illi alius aliunde audientes adcurrūt: inſtanteſq; apud ſpecu ro/
gant quid nam triſte ei acciderit: quid inquiūt infelix Polypheme ſic cla
mas per noctem intempeſtā/ ac inſōnes nos facis/ an ne mortaliū aliquis

apſt: oues abducit/ an te forte dolo nõ ui aliquis interficit. His Polyphe mus reſpondens. Nullus inqt me dolo non ui perimit. Illi contra/ Siqui dem Nullus aiunt tibi ſoli exiſtẽti uim adfert: morbum quidem magni Iouis non eſt euitare/ tu tantũ Neptuno regi n otũ fac. Sic dicentes abie runt. At meus riſit cõtinuo animus quod meũ illum nomen & prudens conſiliũ deceperit. Cyclops autem gemens ac præ doloribus uociferans lapidem manibus pretentans a Ianua auulſit: ipſe in foribus paſſis mani bus conſedit ſi quem cũ ouibus cõmixtum extra portam interciperet: ſic me dementem putauit eſſe. Ego uero interim cogitaui quonã modo hoc potiſſime fieret: ſi quã ſotiis & mihi uiam mortis euitandæ inuenirẽ. Om nis inſuper dolos & omne conſiliũ utpote pro anima adibendo: magnũ profecto prope malũ inſtabat. Hæc cogitanti tandẽ ſuccurrit. Mares erãt oues forma pſtantes denſo uellere pulchri ac magna lana purpurea oper ti. Hos ego tris ſimul capiens iuncis flexilibus colligaui dũ Cyclops in gens monſtrũ dormiret: medius aũt illoꝝ hominẽ ferebat. Extremi autẽ ſeruabant. Tres igitur ſimul unum geſtabant. Inter hos aries unus om niũ optimus erat: hunc ego ſupra dorſum aptãs uilloſo ſub uentre proc ſus iacui/ enſem nihilominus in manu continuo quãuis contortus & an guſte ſitus forti animo retinebã. Sic itaqꝫ miſeri auroram almã expectaui mus. Quũ primũ illuxit: tunc mares Polyphemus in paſcua mittit: femi næ autem quũ non adhuc eas mulxerit apud multram balabant: ubera plena: grauitate ſtrepebant. At Polyphemus omnibus adflictus dolori bus oim ouiũ recte ſtantiũ dorſa attrectabat: demens qui ſub pectoribus adligatos ac latẽtes minime nouit: ultimus aries foras exiit uillo ſimul & me ipſo grauis qui prudenter cogitauerã. Hũc demũ attrectãs Polyphe mus ait. Aries improbæ cur nunc ultimus eſpelunca ex is qui ab ouibus relinqui nõ ſoles/ ſed longe prior teneros herbæ flores procul errãs paſ cis. Primus itẽ fluuiũ petis: primus deniqꝫ ueſperi ad caulam reditũ expe ctis. Nunc uero peſſimus es: an forte domini tui oculum deſideras quem uir impius nullus unacum ſotiis me uino domitans eruit: quem ue ego exitium uitaturum non exiſtimo. Si tu in eadem mecum ſentẽtia es uſqꝫ uocalis nunc fias ac dicas quonam ille meum furorem aufugit. Huic uti nam cerebrum huc illuc illiſum potius fuiſſet q̃ tot mala meo capiti que ignauus ille nullus intulit mihi fuiſſent. Sic dicens arietẽ abſe foras mi ſit e ſpelunca igitur & caula exeuntibus ac libens prius ego ab ariete me ſolui: ſoluiqꝫ itẽqꝫ ſotios. Poſt hec oues q̃ maxime pingues eſſent multas

abegimus protinuſq; ad naues incolumes peruenimus. Tunc illi qui me cũ morté euaſerāt ſotios quærelis rem narrādo adfligebāt: quos ego ad/nuens ſupcilio minime pmiſi ſed omiſſo fletu iuſſi celeriter oues multas nam imponere ac nauigare: ac illi tranſtris cōſederūt ordineq; remis mag. nũ maris ſpatiũ ſecabāt. Vbi uero tantũ abſtitimus quantũ uox auditur humana: Tũc ego Cyclopem uerbis oībus ac cōtumeliis inceſſi. Perfide Cyclops nō debueras uiri imbellis ſotios in ſpelũca per uim deuorare: at te malefacta obruerent æqum erat infelix: quando hoſpites minime uere. ris. Iuppiter crede mihi ceteriq; di apſte meritas exigēt penas: ſic dixi: tũc. ille iratus irruit: ac montis alti cacuminis partem abripiens in mare ante nauem paululum proiecit: ita ut ſummum gubernaculum pene attinge/ ret/ exquo mare ipſum mole ruentis ſaxi clauſum aliquātulum apparuit ſed hunc rurſus pelagi unda exæſtuans ex ponto terram uerſus tulit: lit. toriq; propinquum ſtatuit. Tunc ego manibus longum corripiens con/ tum idem a naui procul reppuli: ſotios inſuper adortans capite adnuen/ do iuſſi remis incumberent uti fatum uitaremus. Illi autem obtemperan tes certatim remigabant. Vbi uero alterum tantum pelagi ſecauere: tunc ego Cyclopem uerbis rurſus laceſſere cepi/ at ſotii omni me ſtudio hinc inde auertere contendebant. Infelix inquiũt quid agreſtem hominē am/ plius irritare cupis/ qui modo in pontũ molem hanc uti ſagiptã iaciens nauem ad terrã rurſus impulit ut ibidem pene perituros putaremus. Si nunc loquentem te aut clamantem audiet ita furore procedet ut profecto capita noſtra ſimul cũ nauibus ingenti murmure feriēdo abrumpet. Sic illi ſed meo animo ingenti minime perſuadere ualuerũt. Verũ ad illũ ani mo rurſus minaci conuerſus Cyclops inquã ſi quis te mortaliũ forte de oculi priuatione interrogabit dic Vlyxem urbium expugnatorem Laer/ tis filium apud Ithacã dominantem: hũc tibi eruiſſe. Sic dixi: at ille irrita tus. Heu heu q̃ mihi nũc inquit diu prædicta uaticinia ueniũt. Fuit nãq; hic Vates quidam bonus magnuſq; Telemus Eurymides uaticinio præ clarus. Is quum Cyclopibus conſenuit & mihi omnia poſtea futura pre dixit. Ex Vlyxis nauibus lucem me quandoq; perditurum. Ex illo nanq; ſemper hominem ego aliquem magnũ ac magnis præditũ uiribus uen/ turum huc timui. At nunc me miſerum paruus admodũ & ignauus ho/ mo uino tantũ domitans oculo priuauit. Sed Vlyxe huc ades ut tibi hoſ pitale munus rependam. Nam & auxiliũ in te reducendo contendam ab inclito Neptuno: cuius ego ſum filius: illeq; mecum ſe iactat eſſe patrem

Ipſe tantum ſi uelit reducet/nec alter nec deorum neq hominũ ullus. Sic aic. At ego contra/utinam inquam te anima ſimul & uita priuatum ad in feros uſq demittere ualerem q̃ non oculum tibi neq ipſe Neptunus in ſtaurabit. Sic ego: at ille ſtatim Neptuno Regi uouens manus ad cœlũ extulit. Audi queſo inquit Neptune ſi uere ſum tuus/tuq meus gloriaris eſſe pater. Da queſo Vlyxem Vrbium expugnatorem Laertis filium apud Ithacam habitantem domum minime redire. Sed ſi omnino fatum ei redeundi caroſq filios ac patriam reuiſendi fuerit ſero ac infauſte ſaltẽ redeat amiſſis prius ſotiis omnibus & aliena in naui: præterea mala multa incomodaq domi offendat. Sic ait: Neptunus uero hũc audiit: ſed & idem rurſus in alto ſaxum maius attollens rotauit: ingenſq ſpatium longe præteriit/paululumq poſt nauem cecidit: ac ſummũ pene gubernaculum attigit: mare propterea clauſum a mole ruẽtis ſaxi/ quod ulterius deinde unda trudit/ad littuſq uſq proximũ compulit. Nos uero poſt hec ad inſulam peruenimus/ubi naues aliæ congregatæ manebant/circaq ſotii gementes ac nos continuo expectantes ſedebant. Huc igitur profecti nauem in arenam ſubduximus/ deinde nos in littore deſcendentes oues Cyclopis ex naue tractas diuiſimus: ne quis æqua fraudatus pte ueniat. Arietem mihi ſoli diuiſis ouibus ſotii ut munus cæteris excellentius dedere: quẽ ego in littore Ioui optimo cũctis impanti ſacrificans crura cremando optuli. At ille ſacra minime curans continuo cogitabat quonam modo naues mihi unacum ſotiis cariſſimis perirent. Sole interea inclinãte ad Occidentem accubuimus/carnes edentes optimas/ ac dulce potantes merum. Vbi uero ſol occidit tunc quoq in littore cubauimus. Poſtq̃ autem illuxit ſotios ego adhortando naues conſcendere ac uela pandere iuſſi. At illi ingreſſi ac ſupra tranſtra ordine conſedentes mare remis pulſauere. Hinc igitur quamprimũ ſoluimus/ meſti quidem ob ſotios amiſſos/læti uero quod mortem euaſimus.

Libri Decimi Argumentum. K.

Vlyxes narrando proſequitur quemadmodũ Aeolus uentoꝶ cuſtos ei propitius Zephyrũ uentum ſecundũ dederit/ ceteros uero in utre adligatos coercuit/ quẽ utrem ſotii in naui adſpiciẽtes ac in eo aurũ putantes eſſe clam Vlyxe dormiente aperuerunt. Quãobrem ad Aeolum rurſus uenti redierunt. Vlyxes uero Aeolo minime adcedente. Inde nauigãs in Leſtrigonas apud quos naues undecim amiſit in Aexã ꝑuenit ac cũ Eurylocho dimidiũ ſotioꝶ ſorte obuenientiũ ueſtigatũ mittit qui mortales circa habitent. Illi uero in Porcos a Circe conuerſi præter Eurylochũ fuere. At Vlyxes queſitũ eos profectus / quũ a Mercurio herbã Moly accepiſſet nihil eſt paſſus. Sed & ſotiis priſtinã recuperantib9 formã Annũ totum apud Circem ꝑmanens ad inferos deſcendit.

N Aeoliã poſt hec adnauigauim9. Hic Aeolus habitabat dis carus in Inſula nauibus adceſſa: quæ inexpugnabilis ſeſe admodum muriſq; ferreis munita/ ac ſaxo ingenti circundata. Huic igitur Duodecim domi fuere liberi/ ſex feminæ totidemq; mares pubeſcentes quibus illas matrimonio iunxit / & his quidem apud carum patrem matremq; ſolertem epulantibus millia ciborum aderant. Quapropter dies totos domus nidore ſpirabat / aulaq; frequentia grauabatur: noctes uero apud uxores pudicas in tapetibus & lectis ornatis cubabant. Horum igitur ciuitatem pulchraſq; a dis audiuimus. Aeolus me merẽtem totum menſem/ libenter & humaniter habuit ſingulaq; interrogauit/ & de Ilio/ & de nauibus Argæorum/ & de reditu Achæoꝶ. Ego uero cũcta ꝓbe & ordine narraui: deinde ut mihi ſubueniret/ itineriq; auxilium ꝑberet obſecraui. Ille utrẽ ex pelle bouis nouenarii mihi dedit ubi ꝓcelloſoꝶ uentoꝶ uias & impetus incluſit. Illũ nãq; Iuppiter uentoꝶ promũ ac dñm fecit ut ei ſedare & emittere quũ uellet facultas eſſet. In naui deinde utrẽ poſuit/ eũq; funiculo argẽteo ut ne minimũ qdẽ exalaret adligauit. Zephyrũ qui naues noſq; incolumes ferret tantũ ſpirare dedit: ſed ipſorum ſtultitia ſotiorũ minime datum ut hoc eueniret. Nouem namq; dies nocte dieq; ſimul nauigauimus. Decima uero patria terra apparuit: tunc prope iam ignem uertentes exiſtentes uenimus. Hic me feſſum dulcis occupauit ſonnus/ ſemper enim nauis pedem mouebam neq; alii ſotiorum conceſſi ut citius in patriam perueniremus. Ac

ſocii uerbis inter ſe conueniūt putantes me aurū & argentū dona ex Aeolo domum referre. Sic alius alii proximo dicebat. Heu q̄hic omnibus eſt carus & apud omniū Ciuitates & terras quas adit exiſtimationi. Multa nāq; ex Troiana p̄da p̄clara & prætioſa ſecū ducit. Nos uero idem facientes iter domū uacuis redimus manibus: & nūc Aeolus quoq; hæc ei dona gratificando dedit: ſed agedum otius quæcunq; hæc ſint quantumue auri & argenti in hoc utre exiſtat uideamus. Sic dixere: ſocio⁊ itaq; malū uicit conſiliū/ utrem ſoluerūt/ uenti ſtatim irruerunt. Nos autem gementes procul a patria terra rurſus procella rapiens in pontū mediū tulit. Verum ego meſtus animo mecū uerſabam/ an e naui ruens me in mari præcipitem darem/ an tacitus tolerarem / ac uiuerem: quamobrē durare & in naui opertum iacere mihi potius uiſum. Ac uenti rurſus exorta procella in Aeoliam inſulam naues diſtraxerunt: exquo ſocii in anguſtia fuere: Hic in terrā ad auriendam aquā deſcendimus / apud naues deinde accubuimus. Poſtq̄ uero cibo potioniq; indulximus tunc ego Præconem ſimulq; e ſociis unū mecum adſumens Aeoli domū adiui: hunc in menſa iuxta & uxorem & filios offendi. Nos uero uenientes in aulā humi conſedimus. Illi tunc animo ſatis admirantes ſciſcitantur quonā modo huc Vlyxes rediiſti? quis te malus agit dæmon? profecto nos te adcurate remiſimus ut in patriam/ domūq; tuam reuertaris. Sic ait/ at ego anxius reſpondēs. Leſerunt me inquam ſocii ſimulq; ſonnus impius/ ſed uos queſo medemini amantiſſimi: penes enim uos facultas. Sic ego mollibus rogando uerbis: ceteri uero adfecti triſtitia ſilebant. Pater uero/ pereas inq̄ confeſtim ex inſula abſcede uiuentiū peſſime / nō enim fas reducere neq; auxiliū preſtare uiro: qui dis īmortalibus ſit inuiſus. Pereas inquā quando dis infenſus huc iterū ueniſti. Sic dicens e domo me grauiter ferentē ac ſuſpirantem emiſit. Hinc primū adnauigantes animo meſti: cunctorū namq; mens exciderat triſti procedentiū remigatione: quod nō amplius redeundi auxiliū daretur. Sex namq; diebus nocte dieq; nauigātes/ Septima ad Lami altū peruenimus oppidū longeq; portus habens. Leſtrigoniam ubi paſtorem paſtor uocat a peſcendis gregibus reuertens. At ille egrediens ad paſcua dicto eſt audiens. Hic & inſonnis uir duas fert mercedes: unam boues: alteram oues paſcendo: prope enim die ac nocte uiæ ſunt. Huc igitur in portū inclitū adplicuimus quem circa ſaxum altū innatum ex omni latere circundat: littoraq; procedentia inter ſe aduerſa in ore prominent: anguſtus alioquin introitus. Hic itaq; ſocii nauis omnis

Leſtrigonū genus.

Lamus.

deductas incuruo portu inter ſe propinquas adligauere/quod hic nunq̃
fluctus adſurgat aut uerberet/ ne paululũ quidẽ ſed candida oninmo cir
ca tranquillitas. At ego ſolus extra nauem deducens ad extremã ſaxi par
tem adligaui: exienſq; in altã ſpeculam conſtiti. Hic enĩ neq; boum neq;
hominũ opera ulla apparebãt: ſolũ ex humo fumũ prominentẽ adſpexi/
mus: tũc ego ſotios ueſtigatũ miſi/ qui mortales eſſent in terra illa uiuen
tes. Duos delegi uiros/tertiũ præconem ſequentẽ addidi. Hi itaq; facilem
ingreſſi uiã: qua currus in urbem ex altiſſimis montibus materiã ferebãt
puellã ante urbem obuiam filiam Leſtrigonis: quæ aquatũ ibat habuere
Hæc enim in amenũ deſcenderat fontem Artaciam unde aquã in urbem Fons Arta/
ferebat: hanc igitur illi uocant rogantq; quiſnã ſit rex qui illis imperet: ac cia.
puella ſtatim patris altam indicauit domũ. Illi uero inclitas ædis ingreſſi
feminã offendũt tanta magnitudine quanta montis cacumen eſt: hãc cir
cumſiſtũt: illa e foro protinus inclitũ Antiphaten maritum ſuũ euocat. Antiphates
Is mortẽ eis continuo excogitans Vnũ e ſotiis capiens cibo parauit. At il rex Leſtri/
le per urbem clamauit. Leſtrigonũ millia audientiũ alius aliunde adcur/ gonum.
rerunt nõ quidẽ uiris ſed gigãtibus ſimiles qui ſaxa grauia ingentiaq; in
noſtros rotabant: apud omnis uero ſeuus oritur tumultus hominũ mo
rientiũ: nauiũ quoq; fractarũ ut piſces enim famelici ad triſtes ferebãtur
epulas. Vbi primũ eos intra portũ noſtros perdentes uidi. Tunc ego en
ſem ab latere ſumẽs primũ nauis adligatæ rudentes incidi/ſtatimq; ut pe
ſtem fugeremus ſotios meos adortatus iuſſi remis incũbere. At illi perni
tiem formidantes certatim inſurgunt. Nam mea nauis ſaxa immania in
nos miſſa in pontũ aufugerant/ aliæ ſimul ibidẽ congregatæ in periculo
remanebãt. Itaq; inde primũ cetero hilari alioquin meſti ob ſotios deſide
ratos adnauigauimus: ac in Acæam uenimus inſulam. Hic pulcherrima
Circe ſermone grauiſſima habitabat Acætæ miſeri ſoror/ ambo uero ex
ſole ac Perſa Oceano nata geniti. Hic itaq; ſecũdũ littus naui ducimur in
portũ ſtationi oportunũ / quibus deus aliqs profecto dux fuit: ſtatimq;
in eo deſcendẽtes quod laboribus quaſſi adflictiq; eſſemus duobus die/
bus totidemq; noctibus requieuimus. Vbi uero tertiũ diem aurora oſtẽ
dit/tunc ego meã haſtam enſemq; ſimul corripiens confeſtim proceſſi ex
ploratũ ſiqua hominũ opera ſeu uocem uiderem: quũq; in altam ſpecu/
lam aſcendens conſtitiſſem ex ædibus Circes inter ſaltus & denſam ſiluã
fumũ ab imo uenientẽ conſpexi. Verſaui deinde animo adcederem ne ac
percuntarer quod fumũ ardentem uideram. Potior tamen cogitãti mihi

ſententiã uiſa ad nauem prius/littuſq; reuerti ac dapes ſotiis parare: dein
de ueſtigatum mittere. Verum redeundo iam naui propinquus eram quũ
deus me aliquis ſolum exiſtentem eſt miſeratus qui Ceruum ingentem
in ipſam uiam impulit. Is ſolis anxius ardoribus e ſilua deſcẽdens ac ſi/
tiens fluuiũ petebat. Hunc itaq; uenientem tergus medium ad uentrem
uſq; percuſſi aduerſumq; haſta ferrea tranſfixi exquo moribũdus humi
cecidit. Haſtã deinde ex uulnere ſubtractã inclinans in terra poſui: mox
ex uirgultis iunciſq; funem probe retortũ ulnæ longitudine utrimq; con
texens ingentis cerui pedes adligaui: pronuſq; per ſaltus & ferarũ cubi/
lia ad nauem uſq; tuli haſta innixus: quod nõ liceret ingentem ferã altera
manu ſupra humerũ ferre: proieciq; ante nauem/ ac ſotios uiritim præn/
ſando bonis uerbis excitaui. O ſotii non profecto ad inferos q̃q̃ adflicti
deſcendemus priuſq̃ fatalis adueniat dies. Sed agedũ donec in naui eſcu
lenta/poculentaq; ſunt cibi ne fame abſumamur reminiſcendũ. Sic dixi:
at illi ſtatim dicto audientes fuere: nec mora circa littus diſpoſiti ceruum
ut ingentẽ ferã ſunt admirati. Poſtq̃ uero ſatis adſpiciendo ſunt exhilara
ti manus lauantes inluſtrem parãt cœnam. Vbi aũt dies in occidentẽ in/
clinauit carnibus in carinis ueſcuntur optimis: ac dulce potant merum.
Quũ primũ ſol occidit in littore cubauimus: Vbi uero illuxit ſotios in
concionẽ uocans ſic ſum adlocutus. Audite o ſocii mei amantiſſimi q̃uis
multa paſſi: ignoramus enĩ ubi occidens/ubi oriens ſiue in qua parte ſol
ſub terram ſe condat/aut unde oriatur ita finibus diſiecti ſumus. Verum
ſiquod eſt nobis conſiliũ quod minime puto: ubi iam ſimus cito cõſide
remus. In ſpeluncam namq; altam ego conſcendens inſulã conſpexi quã
ĩmenſum circũdat mare. Ipſa uero humilis in medio ponto iacet fumus
tantũ ad oculos meos per ſaltus & ſiluã condenſam peruenit. Sic dixi: at
illis animus dolore fractus corruit recordãtibus geſtorum Antiphatis Le
ſtrigonis ac ſeui anthropophagiq; Cyclopis. Quãobrem flebant uocife
rantes ac lacrymas ex ore uberes fundentes. Ego uero tunc ſotios bifariã
diuiſi. Parti alteri meme: alteri uero Eurylochum duces cõſtitui: ſortes in
ærea urna celeriter mouimus ſors Eurylocho obuenit. Ille ſtatim/cũ coq;
ſimul Duo & uiginti ſocii iter flendo ingreſſi: nos itẽ poſtea flentes reli/
querũt. Demũ in ſaltibus adfabre laboratã Circes domũ politis ex lapi/
dibus in loco circunſpecto inuenerũt: circa quam lupi erant montani ac
leones quos ipſa pharmacis præbitis mulcebat: neq; in uiros irruebant:
ſed longis caudis blandientes conſiſtebãt: uelut enĩ canes dño ad epulas

Nota.
Tẽpus cœ/
næ/tempus
item ſonni.

H

quoti blandiũtur: quod ille animũ continuo demulcentia ferat. Sic circa
illã lupi leonesq; adſultabant. Socii uero ubi grauia uiderũt monſtra in
Circes foribus conſtiterũt illamq; intus dulci modulamine cãtantem au
diuere. telam preterea magnã & imortalem texentem/ quod ſola dearum
opera pulchra & elegantia faceret. Inter eos autem miſſos quos ſupra nar
raui Polites uir princeps loqui cepit unus qui mihi ſociorũ cariſſimus ac
prudentiſſimus erat. O ſocii profecto inquit quædam intus ſiue dea ſeu
mortalis magnam contexens telam pulchre canit. Pauimentũ enim circa
reſonat: ſed propius adcedentes uocitemus. Sic ait: Illi uero obtemperan
tes alte locuntur. At illa ſtatim exiens fulgentes reſerat fores/ ac euocat/ ce
teri quidem ſimul per imprudentiã credendo ingreſſis. Eurylochus tan/
tum ſubſtitit dolum eſſe formidãs. Introductos igitur in lectulis illa &
thoris cõſtituit/ eiſq; caſeũ farinã & mel recens uino pramnio cõmiſcens Pramnium
in potionẽ optulit: pernicioſa quidem pharmaca ut omnino terræ patriæ uinũ ex lo/
obliuiſcerentur: quæ poſtq̃ biberunt/ ſtatim illos Circe baculo conuer/ co dictum.
berans in aram porcorũ coegit exquo ſubito & capita & uocem & corpus
inſup ſetas porcorũ habuere. Mens tñ uti prius firma inerat. Flentes igit̃
miſere urgebantur: q̃bus Circe glandem iliceam quernãq; ac coma cibo
iuxta proiciebat qualia ſues humi iacentes edunt. Eurylochus uero con
feſtim ad nauem uenit nunciũ ſociorũ fatumq; miſerabile referens. Neq;
uerbum ullum animo ob ingentem laborem adflicto enuntiare potuit.
Oculi lacrymis/ luctuq; mens grauabantur. Nos igitur omnes admirati
rogamus quid nã rei ẽ: tunc ille reliquorũ fatum narrans/ Iuimus inquit
ut iuſſiſti per ſaltus p̃clare Vlyxe in alta ſilua pulcherrimã offendimꝰ do
mũ ubi quædã ſiue dea ſeu mortalis telam cõtexens dulce canebat. Hæc
ſtatim egreſſa fulgentes aperuit fores/ euocat/ ego tñ ſuſpicans dolum re
manſi. Ceteri oẽs per imprudentiã ingreſſi ſenſu & forma humana exci/
derunt: quũq; diu adſiſtens obſeruaſſem nullus ipſorũ apparuit. Sic ait:
at ego circa humeros enſem ſubito argenteũ ingentem: arcũq; ſuſpendi.
Deinde illũ iuſſi eadẽ me uia duceret. Tũc me utriſq; prenſans manibus
ad genua ſupplicat. Ne queſo me nunciũ Vlyxe illo me ducas ſed hic re/
linque. Noui eni quod nec tu redibis neq; ſociorũ ullũ reduces: quãob
rem cũ his qui tantũ adſunt fugiamus/ acdiẽ malignũ celeriter euitemus
Sic ait: at ego cõtra reſpondi. Euryloche tu quidẽ hic apud naues ede atq;
bibe: ego tñ ibo: ſic acris iubet neceſſitas. His dictis a naue atq; mari ſum
profectus: quũ uero per ſacros iens ſaltus Circes Polypharmacæ domui

propinquarē ecce Mercurius uiro iuueni primū pubeſcēti cuius eſt ætas
gratiſſima adſimilatus ſeſe mihi obuiā offert: meq̧ manibus cōpellās ſic
uerbis adfatur. Quid miſer p ſaltus & mōtes ſolus ac loci ignarus is. So/
dii nāq̧ tui in Circes domo coercent ut porci latebras habentes cōgruas
an tu huc uenis eos liberaturus? non equidē te puto rediturū: remanebis
ibidē & tu quemadmodū alii. Verū ego ex his te liberabo malis atq̧ ſer/
uabo: hoc pharmacū huic rei bonū retinēs ad Circes ædis pficiſcere qd̄
malignā a tuo corpe diē repellet: cūcta enī tibi Circes pnitioſa cōſilia nū
tio. Tibi nāq̧ pharmacū frumēto mixtū potioni offeret. Verū te nulla te
nus attonitū aut conſopitū reddere ualebit pharmaco bono qd̄ prebebo
nō pmittente: dicāq̧ ſingula. Quādo enī te Circe lōgo baculo cōuerbera
bit: tūc enſem acutū ab latere educēs Circe intētabis q̄ſi cedē adlaturus. Il
la timēs te ſecū cubare iubebit. Hic tu deæ lectū minime detrecta: ut illa &
tibi ſocios reſtituat & te ſimul redire pmittat: ſed eā coge magno deoꝝ iu
ramento adfirmare ne quod tibi aliud incomodū deinde adferat: neq̧ te
nudatū imbecillēq̧ ac languidū reddat. Sic loquēs Mercurius pharmacū
optulit ex terra extraens: mihiq̧ ipſius naturā mōſtrauit/ radice nigrum
erat/ flore aūt lacti ſimile. Moly nāq̧ ipſum di uocāt: inuentu ac effoſſio/
ne mortalibus difficile. Di nāq̧ oia poſſunt. Mercurius poſt hæc per in/
ſulā nemoroſam in cœlū ſublimis abiit: ego aūt ad Circes domū conten
di multa mecū aīo uerſans: ad fores deæ tandem conſtiti/ clamaui/ illa me
audiit: egreſſaq̧ ilico fulgētes mihi fores aperuit: inſuper euocat. Ego ue
ro meſtiſſimus animo ſubeo/ ingreſſū deniq̧ in argēteo throno pulchre
laborato collocat ſub pedibus ſcabellū erat. Mihi tūc pharmacū in aurea
patera potioni optulit aīo malecogitās. Poſtq̄ uero bibi me baculo cedēs
minime demulxit aut attonitū reddidit. Tūc me cōpellās: ueni nūc inq̄
ad porcoꝝ arā tuos uidere ſocios. Sic ait/ ego enſē acutū ab latere educēs
Circe intentaui quaſi necem adlaturus. Illa magnope uociferās genuaq̧
cōplexa ac flēs ſic fatur. Quis es? aut unde? quæ tibi patria parenteſue?
Miror equidē q̧ ad meā potionē minime reddaris attonitus: nullus enī
qui hāc deguſtauerit hoc ſuſtinuit modo. Tibi nēpe imortalis quædā in
pectore mēs eſt: profecto Vlyxes es/ quē ad me uenturū Mercurius quā/
doq̧ ex Troia reuertentē dixit. Sed agedū enſem in uagina cōde: deinde
lectū aſcēdamus ut cubili & amori uacātes una cōmiſceamur. Sic ait/ ego
aūt o Circe inq̄ quonā modo me tibi æqū placabilē ue eſſe iubes qui in
ædibus tuis meos ſocioa porcos reddidiſti: me quoq̧ ipſum hic habens

De Moly herba.

per dolũ contendis thalamũ cubileq; tuũ conſcendere ut me ſimiliter ma
tatũ deformẽq; reddas. Ego uero cubile tuũ nequaq̃ aſcẽdã niſi magno
iureiurãdo adfirmaueris nullũ te mihi incomodũ aliud inflictura. Sic di
xi: Illa cõtinuo ſic ut iuſſi iurauit: ego ſubito illius adiui lectũ. Miniſtræ
interea quattuor in ædibus quæ ex fontibus ac nemoribus & ſacris flu/
minibus in mare currẽtibus uenere ſtudioſius res domeſticas curabant:
quarũ una quidẽ thoris pulcrha ac purpurea ſtragula iniecit: ſubtuſq; ac
ſupra pãnos ſuſtrauit. Alia menſas añ thorũ parauit argẽteas ſupraq; au
rea poſuit caniſtra. Tertia in cratere dulce merũ auſit in aurea deinde po/
cula diuiſit. Quarta uero aquã tulit/ ignẽq; accendit ſub magno tripode
aqua feruebat: hãc deinde æneo palo ex tripode in lauacrũ miſit. Deniq;
p caput atq; humeros placide pfudit ut ex meis mẽbris grauis abſcederet
laſſitas. Poſtq̃ uero me lauit/ atq; oleo unxit læna pulchra ac tunica orna
uit: ad argẽteũq; thorũ cui ſcabellũ ſub pedibus erat deduxit. Guturniũ Guturniũ
famula cũ aureo opiſtodocho ſupra argenteũ lebetẽ ad lauãdũ tulit/ iux Opiſtodo/
ta mẽſam pulitã parauit. Panẽ poſtmodũ proma pudica pñtibus gratifi/ chũ aureũ
cãdo cũ cibis multis adpoſuit: me poſtremo ad epulas inuitauit. At hæc Lebes argẽ/
mihi nequaq̃ placebãt/ q̃d alia cogitarẽ/ malaq; multa proſpicerẽ aĩo. Cir teus.
ce uero ubi me ſedentẽ neq; cereri manus extendentẽ ac infandũ indican/
tẽ dolorẽ animaduertit prope adſtans ſic adloquit'. Quid ita Vlyxe ſimi
lis muto ſedes? aio turbatus neq; cibũ neq; potũ attingis: an dolũ aliquẽ
aliũ ſuſpicaris? nõ eñi timere opus: iã ualido adfirmaui iuramẽto. At ego
o Circe inquã quis eñi ſana uir mente quicq̃ deguſtare ſuſtineret priuſq̃
mei ſocii ſoluant'/ aut eos meis liberos uideã oculis. Vbi hæc dixi Circe
ex ædibus profecto: baculũ manu retinens portas ſtabuli ſoluit: ac illos
ſuibus nouenariis ſimiles eduxit. Hi deinde corã ſtetere. At illa ad ipſos
ingrediẽs aliud cuilibet pharmacũ adibuit ex quo ipſorũ pili mẽbrorũ cõ
ualuere/ quos antea pnitioſa potio iſpidauit. Itaq; uiri rurſus ac iuniores
itẽq; proceriores adſpectu rediere me deniq; nouerũt/ ac manus iunxere:
dulcis tũc oẽs ſubiit fletus. Domus circa orrendũ ſtrepuit. Dea quoq; mi
ſerata me iuxta cõſiſtẽs adloquit'. Laertiade Vlyxe i nũc ad littus: nauem
ante oĩa traite in terrã/ ſupellectilẽ & arma oĩa in ſpelũcis ponite. Ipſe rur
ſus redi ac dilectos tecũ ducite ſocios. Sic ait: mihi uero pſuaſit: unde ſta Compatio
tim ego littus repetens ſocios amãtiſſimos apud nauẽ noſtrorũ exitiũ flẽ
tes ac uberes ex oculis lacrymas fundentes offendi: ueluti uitulæ uigiles
circa boues armẽtales herbis ſaturæ ſe ad ſtabula recipiũt oẽs ſimul exul/

tant neq; caula retinentur/quin magnopere mugientes circa matrem ala/cres currunt.Sic illi ubi me conſpexerunt lacrymantes effundebantur:ac eo niſi animo q̄ ſi patriam domū Ithacam ubi nati ſunt attigiſſent/ſic me tandem adlocuti ſunt. Tibi eni Vlyxe redeunti ita gratulamur ac ſi Ithacam terram patriā perueniſſemus. Sed age alioꝝ ſotioꝝ nobis narra nūc fatum.Sic illi at ego placide reſpondens.Nauem imprimis inquā e mari in terram deducamus/ſupellectilemq; & arma omnia in ſpeluncis condamus. Ipſi maturate me ſequi ut ſotios in ſacris Circes ædibus bibētes ac edentes uideatis.Anno eni toto durantem habent cibū.His illi obtemperabāt dictis Eurylochus uero ſolus eos increpando uerbis retinere conatus eſt.Ah miſeri quo tenditis inqt:quid mala & uos hec queritis/ in domū deſcendere Circes: quæ oēs uel porcos uel lupos ſeu boues reddet. Nempe magnā domū coacti cuſtodiemus quēadmodū apud Cyclopem accidit qñ illius mediā petierūt aulā ſotii nr̄i cū qbus audax erat Vlyxes quāobrē ſua temeritate pierūt.Sic ait:at ego mēte turbatus longū ab latere enſem educēs ipſi q̄q̄ affini & qdē ualde proximo caput cedēdo ad humū deicere cogitabā/ uerū me ſotii hinc inde uerbis huiuſcemōi placidis proibuere.Generoſe Vlyxe hūc dimittamus ſi ita iubes ut nauem hic ſeruet:tu nos ad ſacras Circes ædis ducito. Hoc dicētes a mari ꝓficiſcunt: nec tñ Eurylochus remanere ſuſtinuit meū ueritus iurgiū. Circe interea ſotios alios adcurate in ædibus lauit oleoq; unxit:lænis item pulchris ac tunicis amiciuit.Nos uero epulantes ꝓbe oēs offendimus qui poſtq̄ adſpectibus inter ſe mutuis cōſpexerūt flere ac luctu domū cōplere ceperūt At Circe iuxta me adſtās Magnanime inqt Vlyxe ne q̄relis ultra tendite Noui & ego quot p mare perq; terras labores paſſi eſtis / quot ue iniuſti hoīes incomoda iculere. Sed eia nūc edite:bibite: reſipiſcite:ac rurſus priſtinū in pectore aīm reuocate. qualē ab initio patriā relinquētes retinebatis.Nā fracti nūc aīo & ibelles ſi ſemp maloꝝ / mariſq; recordamini nūq̄ in letitia māſeritis.Sic illa:Nos uero pſuaſi.Hic igr̄ annū cōtinuo carnibus optimis ueſcēdo/uinūq; dulce potādo fuimus/ elapſo aūt Anno mēſibuſq; ac lōgis dieb9 ſotii me cōpellātes ſic adlocuti ſunt.Infelix tp̄s iam ut patriæ reminiſcamur: fas nēpe eſt nos ſeruari & domū tādē redire. Sic illi:mihi uero ſnīa placuit: quāobrē ubi ſol inclinauit dapibus oēs adcinximus.Poſtq̄ uero ſol occidit ſotii quidē per ædes cubabāt. Ego aūt Circes cōſcendens thalamū ad genuaq; uolutus ſic cōpellādo rogabā. Circe p̄ſta queſo qd̄ es quondā pollicita ut nos domū reducas. Animus nāq;

meus/itēq; ſocioꝝ cōtinuo ſollicitat' qui te abſente meā fletibus urgēt/ ac peſſundāt mentē. At illa magnanime inqt Vlyxe ne inuiti queſo in mea manete domo:aliud namq; iter te facere opus ad inferos ac grauis Perſephones ædis anima utendo Tireſiæ Thebani uatis ceci / cui tñ ingeniū eſt integrū mētemq; Perſephone ac ſapere ſoli quāq̄ mortuo dedit. Tibi uero umbræ oīo auſcultabūt. Ad hec animus mihi fractus cōtinuo excidit:flebā in lecto ſedens nec uiuere amplius aut ſolis radios adſpicere uolebā. Vbi uero ſatis plorādo & huc illuc me uertendo ſatiatus ſum: tunc Circe inq̄ quis huius mihi uiæ dux ac mōſtrator fuerit?ad inferos enim nullus adhuc naui deſcendit. Illa uero Generoſe inqt Vlyxe nequāq̄ curæ ſit tibi ducis deſideriū. Apud nauem malum firmans & uela pandens confide. Hanc boreæ flatus ſponte feret. Sed quādo naui per oceanum tranſibis ubi littus breue ac facile / ſimulq; Perſephones nemora & alni proceræ & frugiperdæ ſalices exiſtunt. Huc tu ex oceano nauem deducito:ipſe uero ad inferni deſcende domū. Hic in Acherontē Pyriphlegeton & Cocytus qui ſtygiæ pars eſt aquæ auulſa confluunt. Saxum quoq; ac duoꝝ fluminū concurſus. Hic item quando Tireſias propius accedet te iubeo ſcrobem fodere altitudine pariter ac latitudine cubitalē:circaq; ipm libamen mortuis omnibus fundere mulſo primū/ deinde uino/ tertium aqua. Deinde candidam īmiſcere farinam:multorūq; defunctoꝝ infirma capita orare ut q̄primū Ithacam perueneris ſterilem optimāq; domi bouem imolabis ac perā rebus bonis implebis. Tireſiæ uero ſoli ſeparatim ouem prorſus nigrā ac in nr̄is pollentē gregibus cedes. Poſtq̄ uero uotis huiuſcemodi inclita mortuoꝝ capita placaueris in Erebū cōuerſus ariete facito & oue nigra. Ipſe ſeparatim ingredere per fluminis ripas iens. Huc aūt multæ mortuoꝝ animæ uenient tūc iube ſocios oues diro ferro mactatas quæ iacent tergoribus uelli:ignique admoueri & dis ſupplicare/ Plutoni primū optimo:& graui Perſephone. Ipſe uero acutū enſem ab latere educēs adſide nec pmitte defunctos prope ſanguinē uenire priuſq̄ Tireſiā audias. Hic tibi uates ſtatim ueniet: qui tibi uiam mēſuramq; itineris dicat ut reditum quoq; per pontum uideas. Sic ait:ſtatimq; apparet aurora Circe me lænam/ueſtemq; pulcherrime induit. Ipſa uero ſe argēteam elegantemq; ueſtem induit:capiti flameolum impoſuit. Ego poſt hæc per ædis properans ſocios uiritim ſingulos prenſando/placide ſum hoc mōdo adhortatus. Ne queſo nunc dormite dulci oppreſſi ſonno: ſurgite iā & eamus ſicuti me Circe inſtruxit. His quanq̄ perſuaſos non eos propte

Elpenoris caſus.

rea inde amoui. Elpenor autẽ quidã erat iunior nõ admodũ in bello for/
tis neq̃ item mẽtis compos: ſine ſociis in Circes ædibus reſpirãdi gratia
ut ebrius ſeceſſerat: quũ uero tumultũ & motũ ſocioꝝ audiret confeſtim
attonitus & amens cucurrit per longas iens ſcalas/retrogadũ ſe deſcende
re oblitus eſt: quãobrem pronus ac præceps ad imũ ruit/ ceruicemq̃ fre/
git. Igitur uenientes ego ſocios ſic ſum adlocutus. Putatis forte domum
patriãq̃ petere: aliã Circe nũtiauit nos Plutonis Perſephoneſq̃ domum
ituros aĩa utendo Tireſiæ Thebani. His illi auditis aĩo exciderũt/ ſeden/
teſq̃ ibidẽ pilos barbãq̃ ſibi pre dolore auellebãt: uerũ nihil ꝓpterea prõ
fecerũt. Dũ uero ad littus meſti ac lacrymantes adcedimus ecce Circe ue/
niens apud nauẽ arietem ac ouem nigrã adligauit facile tranſeundo quis
enim deũ inuitum oculis huc aut illuc euntem uideat?

Libri Vndecimi Argumentum. L.

Narrat Vlyxes queadmodũ mãdato Circes ad inferos deſcẽdit &
e ut ex Tireſia uate de ſua ipſius & alioꝝ ſalute audiit & ut Heroas
Heroidaſq̃ ac ſingulos qui in Iliũ ſimul expeditionem ſimul fece
re. Deniq̃ aliqua mulctatos pena pariter uidi.

Bi uero ad nauim ac mare ꝑuenimus/ nauim q̃dẽ ipſã
in altũ deduxim9/ uelaq̃ pãdimus/ oues impoſuimus
deinde portu lacrymantes egredimur/ q̃bus Circi gra
v uis facũdaq̃ dea ꝓſperũ uẽtũ/ bonũ q̃dẽ ſociũ propere
imiſit. Nos aũt arma ſingla expediẽtes in ea cõſedim9
ac uẽto/ gubernatoreq̃ dirigẽte paſſis uelis die toto põ
tum ſecauimus. Sol interea occidit: uiaſq̃ umbræ oc/
cupant quum iam ad oceani profunda peruenimus.

De Cimmeriis: Cimmerios fama eſt populos hic eſſe cauernis
Perpetua nebula: cæcaq̃ caligine merſos
Quos oriens nunquã nec quum declinat in undas
Sol uidet: æterna miſeri ſed nocte premuntur.

Nauẽ igĩ huc traximus atq̃ ouibus adſumptis ad locũ nobis a Circe
mõſtratũ cõtendimus. Hic ſacra quidẽ Perimedes & Eurylochus rite fece
runt. Ego uero acutũ enſem ab latere educens ſcrobem cubitalem hinc in
de fodi circaq̃ ipſam mortuis utres effudi mulſi primũ: deinde uini dul/
cis/ poſtremo aquæ/ multaq̃ deinde defunctorũ dira capita rogaui: uo/
uiq̃ ſi quando Ithacam uenirem Boue me ſterili in ædibus facturum

pyramq; bonis referturum. Tireſiæ uero ſeparatim ouem omnino nigrã
ac in noſtro grege pollentem oblaturum. Poſtq̃ uero mortuos uotis ac
ſupplicationibus hoc modo placaui, Oues adripiens in ſcrobe ipſa iugu
laui: ſanguine deinde nigro adfatim fluente animæ mortuorum conue/
nere Nymphæ: iuuenesq; ſenesq;. Virgines quoq; teneræ nuper flebilem
habentes animum: multi deniq; haſtis uulnerati ferreis uiri mauortii ar
ma ſanguine fedata tenentes. Plurimi hinc inde ad ſcrobem ingenti mur
mure properabant: Me uero pallentem tenor cepit. Tũc ſociis iuſſi oues
diro ferro mactatas direptis tergoribus igni admouerent ac dis uota face
rent. Plutoni primum/ deinde Perſephone. At ego enſem ab latere edu
cens ſedebam: neq; defunctorum animas propius adcedere ad ſanguinẽ
priusq̃ facta a Tireſia poteſtate permiſi.

Prima mihi occurrit uenienti Elpenoris umbra — De Elpeno re ĩhumato
Quem forte inflectum liqui: tumuloq; carentem
Aedibus in Circes alio cogente labore
Hunc igitur lacrymans adſpexi/ ac protinus illum
Compellans uerbis breuiter percuntor amicis.
Elpenor tenebras qua nam miſer ipſe ſubiſti
Preueniens pedibus me naue per equora uectum?

Dixi: at ille ſuſpirans rñdit. Generoſe Vlyxe me malũ fatũ ĩmortaleq; ui
nũ impulit in Circes domo dormientẽ/ ac p lõgas ſcalas retrogradũ deſ/
cendere oblitũ. Itaq; pronus ac pceps in terrã prorui ceruixq; ppterea fra
cta & aĩa ad inferos deſcẽdit. Nũc ego te nõ adhuc pñtibus qui uẽturi ſũt
poſtea per uxorẽ ac prẽm qui te paruũ educauit: p Telemachũ quẽ ſolũ
& unicũ domi reliqſti. Noui nãq; ubi primũ hinc exibis ad inſulã Acæã
naui cõtendes. Hic te rogo Vlyxe mei ſis memor/ neq; inde diſcedens me
inhumatũ relinque: ne inſepultus deorũ ira fiam. Verũ me cũ armis quot
mihi ſũt tumula ſepulchrũq; in littore maris pone ut miſeri hoĩs fama ſit
apud poſteros. Hec mihi facito/ ac ſupra tumulũ remũ quo unacũ ſociis
remigabã figito. Sic ait: At ego cõtra rñdi. Ego profecto tibi miſer faciã
atq; reddã. Sic itaq; triſtibus eramus uerbis adloquẽtes: ego ſepatim ſu/
pra ſanguinẽ enſem tenebã. Idolũ uero ſocii abſiſtens multa locutũ eſt.
Venit & anima matris meæ Anticleæ quam ego Ilium petens uiuam do
mi reliqui. Hanc ego lacrymãs uidi & animo ſum miſeratus neq; quanq̃
ægre dolensq; plurimũ propius ad ſanguinẽ adcedere incõſulto/ Tireſia
uenire pmiſi. Venit tãdẽ ipſius aĩa Tireſia aureũ habẽs ſceptrũ/ meq; pro

ſinus nouit atq; ait. Quid miſer huc ſolis lucē relinquens ueniſti ut mor
tuos triſtemq; uideas locum: ſed iam ſcrobe abſiſte: enſemq; a ſanguine
amoue ut bibam ac uera referam. Sic ait: At ego enſem ſubducens uagi/
na condidi. Ille uero nigrantem ſanguinem potauit meq; uates optimus
ſic eſt adlocutus. Reditū quæris optatū optime Vlyxe: hunc duriſſimū
tibi deus dabit. Non enim puto Neptunum deſiturum ab ira in te quod
carum execaueris filium. Verum quanq̄ mala patientes plurima perue/
nietis tamen/ ſi animum tuum ſociorumq; continebis: q̄primum Inſulæ
Thrinaciæ cū naui propinquabis pontū euitans. Solis namq; oīa reſpi/
ciendis ſimul & audientis boues paſcentes inuenies. Has ſi illeſas forte di
miſeris & reditū optatū adſequemini & Ithacā q̄uis multis laboribus per
uenietis. Si autem leſeris tunc ego tibi ſociiſq; exitium uaticinor. Ipſe ue/
ro ſi effugies ſero tandem / ac egre amiſſis omnib9 ſociis in altera nauiga
bis naui: domiq; incomoda multa offendes. uiros proteruos qui rem do
mi tibi edūt. Vxorē inſup tuā quærentes in matrimoniū traducere/ dotē
muneraq; dantes/ ſed illo⁊ uim demū ſupabis. Vbi uero procos hos do
mi ueniēs ſiue dolo ſiue ferro interfeceris ſtatim nauē cū remige ſumens
eos adeas qui mare neſciūt: ac ex ſalſis fluctibus nō edūt cibum/ naueſq;
prorſus ac remos qui alæ ſunt nauis ignorāt. Signa tibi ualde uera dico
quæ nō deſinēt donec obuius uiator tibi fuerit quē ſupra clarū humerū
habere iaculū uideris. Tunc tu remū in terra figes: ſacra Neptuno facies
arietē taurūq; ac porco⁊ cuſtodē aprū mactans/ ubi uero domū reuerteris
ſacras dis hecatombas omnibus facies. Poſt hæc mors tibi ex mari ualde
imbecilla faciliſq; talis uidebitur/ quæ te perimat ſenecta uegeta gaudētē:
at circa populi diuites erūt. Hæc itaq; tibi uera nuntio. Sic ait: ego aūt illi
contra reſpondi. Tireſia hæc alibi mihi di fato dederūt/ nunc tu hæc ue/
re narra. Matris eni mortuæ animā prope ſanguinē conſidētem adſpicio
neq; me filiū coram uidere aut adloqui ſuſtinet. Dic uates quomodo me
agnoſcere talem exiſtentem poſſet. Sic dixi: At ille inquit: Facile dicam
quæcunq; mortuo⁊ prope ſanguinē adcedere ſines: is tibi uera narrabit
Cui autem inuidebis is rurſus retrocedet. Sic ait anima Tereſiæ: moxq;
ſe in Plutonis domū recepit poſtq̄ diuinitus eſt locutus. Ego uero ibidē
manſi donec mater uenit/ ac ubi nigrātem potauit ſanguinem ſtatim me
agnouit/ adlocuta eſt. Nate mi quomodo huc ſub terræ tenebras uiuus
ueniſti. Durum namq; hæc uiuis uidere. In medio enim magna ſunt flu
mina graueſq; torrentes. Oceanus primum quem tranſire pedibus non

licet niſi qui probam haberet nauim. An e Troia nunc errabundus huc uenis cum nauiq; & ſociis longo iam tempore? Sic ait: at ego Mea mater neceſſitas me ad inferos deſcendere cogit: anima Tireſiæ thebani utentē Non enim prope adhuc Ithacā ueni/ nec noſtram attigi terrā: ſed continua calamitate preſſus erro: ex illo quo Agamēnonem ad Iliū urbē ſum ſecutus ut Troianis bellū inferremus. Sed mihi hoc quæſo uere dicito: quod te fatū mater ad mortē compulit? longus ne morbus: an diana ſuis te petens ſagiptis interfecit. Dic item apud patrem & filium quem reliqui ſit ne mei adhuc memoria ac ueneratio? an uirorum alius meo & honori & loco ſucceſſit? Dic etiam uxoris conſtantiam ac uirtutem: an apud filium manere pergit & firmiter omnia ſeruat? uel Achæoꝝ optimoꝝ alicui matrimonio iuncta eſt? Sic dixi: illa ſubito tua inquit coniux animo adhuc conſtanti in amore tuo perſeuerat: quanq̄ dies ac noctes amaras continuo lacrymans: tuum locum honoremq; nullus habet. Verum Telemachus quietus manet ex æquoq; conuiuia diſtribuit ut iuſtū decet iudicem. Sic eum omnes appellant. Pater uero tuus in agro durat/ neq; in urbem uenit: neq; illi cura cubilis ſeu thalami aut læna ſiue culcitoꝝ ſtragulorum ulla: ſed hieme domi ubi famulæ dormit apud cinerem: ignemq; lacrymis adſiduis opertus. Vbi autem æſtus uenit autumnuſq; floridus in parte fertilis uineæ: ubi inclinatis iam frondibus cubilia humi apparent triſtis animo iacet: magnum mente dolorem retinens ac tuū plorans fatum ad duram uſq; peruenit ſenectutem. Sic item ego perii. Non ut ais me ſuis diana ſagiptis petēs interemit/ neq; mihi morbus irruit quod tabe orrida meam e corpore animā apſtulerit: ſed tuū deſideriū tuæ me curæ tua manſuetudo optime Vlyxe uita priuauit.

Sic ait: aſt ego iamdudum genitricis amore De matre Vlyxis.
Accedens propius cupiebam attingere meſtam
Ter tentata mihi: totidemq; effugit in auras
Cara parens umbræ uolucriq; ſimillima ſonno
Tunc dolor in noſtro conſedit pectore maior
Hanc ego compellans lacrymis adfabar ab ortis
Mene fugis mater? cur dextram iungere dextræ
Non datur aut noſtros pariter mulcere labores
Idolum ne tuum forſan mihi detulit ultro
Perſephone: ut ueniat grauior ſic pena querenti?
Sic ego: illa ſtatim reſpondet. O mi nate præter cūctos mortales infelix.

Non te Perſephone Iouis filia decipit:ſed hæc defunctoꝝ hominum lex
eſt. Non enim carnes aut oſſa defuncti habent ſed ubi mors aduenit illa
igni ardentiq; pira uelociter abſumuntur:anima uero uti ſonnus ſtatim
euolat. At tu breuiter opta ad lucem redire & hæc omnia diſce ut tuæ po
ſtea referas uxori. Nobis igitur ſic inter nos colloquentibus ecce feminæ
ueniũt:quas Perſephone adduxit/quæcunq; fortiũ uiroꝝ uxores ſeu fi/
liæ fuere ac omnes circa ſanguinẽ conuenere. Cogitantiq; mihi quonam
modo ſingulas percuntarer potior hæc ſententia uiſa eſt. Educens proti/
nus ab latere enſem non pmiſi omnes ſanguinem una potare. Igitur ante
alias quæ ſponſæ nupſerunt adcedentes ſuũ enarrãt luctũ : ego ſingulas
Tyro. interrogo. Hic primũ Tyro uidi nobilem quæ filiã ſe dicebat eſſe Salmo
Empeus flu nei Cretheo Aeolida nati:hæc fluuiũ Empeum amauit pulcherrime per
uius. terras fluentem:quũq; illius ſe undis imiſceret Neptunus lauandi gratia
ingreſſus unda caudæ ſimilis inflexa circunſtetit donec ipſumq; ac puel
lam in Venere congreſſos operiret. Compreſſum uero Neptunus ſic ad
loquitur. Gaude mulier ob amorem noſtrũ. Nam anno uertente præcla
ros edes partus: quãdo nõ uani deoꝝ lecti ac concubitus. Tu uero hos
fer atq; nutri. Quod aũt inſtat nunc domũ abi:tacebis inſuper & nihil di
Pelias. ces. Ego ſum Neptunus: ſic loquens ſub pontũ abiit. At illa pregnãs Pe
Neleus. liam genuit ac Neleum fortem utrumq; Iouis miniſtrũ. Pelias apud Io/
Aeſon. leum latifundũ/pecoris diues : alter uero apud Pylum habitauit. Alios
Pheretes. item ex Cretheo uiro genuit Aeſonem Pheretem & Amithaonem equis
Amithaon. gaudentem. Poſt hæc uidi Antropen Aſopi filiam quæ in Iouis comple
Antrope. xum uenire cupiens duos ſuſcepit filios Amphionẽ & Zethum qui pri
Amphion. mi Thebas condidere Septem habentes portas/preterea turritas. Nam ſi
Zethus. ne turribus ac menibus regionẽ tam latã quanq̃ fortes ambo haud como
Alcmena: de incolere potuere. Deinde uidi Alcmenã Creontis filiam quã Amphy
Megara. trionis filius Hercules in matrimonio habuit. Vidi & pulchrã Epicaſtã
Epicaſta. Oedipodis matrem quæ mentis ignoratione magnũ admiſit ſcelus pro/
prio filio qui patrem interfecit nupta: adeo inaudita infandaq; perpetra/
re hominibus di dedere. Verum hic multis laboribus Thebis Cadmeis
impauit ob deoꝝ in eum irata conſilia. Epicaſta uero dolore correpta ex
altis domus laqueariis ſe ſuſpendẽs ad inferos abiit: filioq; ꝓpterea mul
Chloris fi/ tas erũnas reliquit:quantas maternæ furiæ imiſerunt. Deinde Chlorim
lia Amphio uidi quã Neleus quum ob formã:tum dotem ingentem habuit uxorem.
nis fili Iaſii Hæc Amphionis Iaſio geniti minor natu filia fuit:q Neleus apd Orcho

meniũ Minyeũ quandoq; deinde apud Pylum regnauit:genuitq; præcla
ros filios Neſtorem Chromiũ Periclimenũ. Inter quos etiã Pæro ſuſce/ Pæros
pit optimã admirandaq; feminã pulchritudine quamobrem omnes acco
læ illã ducere cupiebant: quã pater Neleus illi promiſit qui boues ingen
tes ex Herculis cuſtodia eriperet: quas bonus uates eſt ſolus abigere pol
licitus:at durũ obſiſtebat dei fatum/uincula difficilia & bubulci agreſtes
atq; fortiſſimi. Sed poſtq̃ menſes dieſq; uenere Anno uertente / tunc illũ
Iphiclus interfecit/diuina omnia teſtantem atq; inuocantẽ Iouis igit̃ fa/
ctum conſilio. Poſt hæc Ledam uidi Tyndari uxorem exquo illa Caſto Leda.
rem genuit equoꝝ domitorem & pollucem pugilem optimũ/ quos am/
bos uiuos terra continet Iouis munere alterutri morientes per uices/ac re
naſcentes: honorem attamen æque cum dis ſortiti ſunt. Vidi & Iphimi/ Iphimidea
deã Aloi uxorẽ qui in Neptuni complexũ uenire cogitans duos edidit fi
lios breuis alioq̃n ætatis Otum & Ephialtũ : quos oĩm pulcherrimos & Otus &
maximos ſcd̃m Orionẽ terra nutriit. Nouẽ enĩ quũ eſſent annoꝝ latitu/ Ephialtus.
dine nouenoꝝ cubitoꝝ/longitudine uero totidẽ iugerũ:qui & dis in cœ
lo pugnã intentare ſunt auſi Oſſan olympo:& Pelion oſſæ imponere cõ
nati ut in cœlum aſcenderent & profecto feciſſent ſi ad ætatis iuſtũ termi
num perueniſſent. Verum Iouis ex Latona filius ambos priuſq̃ tempori
bus pubes:aut genis lanugo florentibus appareret extinxit.

Quin Phædram Procrimq; ſimul:meſtamq; Ariadnen Phædra.
Vidi:quam e Creta Theſeus ſibi duxit Athenas Procris.
Amphiryten ſed apud Baccho placitura Diana Aridnes.
Ante libidinibus raptam firmauerat olim.
Poſt Mæram Climenenq; una:triſtemq; Eriphilen Mæra.
Quæ mercede uirum crudelis prodidit auri: Climene.
Vxores nataſq; ſimul non perſequar unquã Eriphile.
Heroum:quas tunc uidi:uox deſinet ante.

Sed iam dormiendi tempus:ſiue hic reſtemus/ ſiue ad ſotios redeamus:
auxiliũ in me deducendo ueſtra deorumq; cura fuerit. Sic Vlyxes ait: at
omnes triſte ſilentiũ tenuerunt/ citraq; letitiã in ædibus fuere:inter quos
Arete ſic loqui cepit. Pheacenſes quomodo uir hic uobis eſſe uidetur for
ma & magnitudine & mente intus optima/hoſpes eſt meus/ueſtrũ quili
bet huius eſt particeps honoris: quamobrẽ in eo reducendo ne feſtinate
ut dona ſic indigenti nõ impediatis/multæ enim uobis domi opes deo/
rum benignitate ſunt. Inter hæc Echereus inter Pheacẽſes natu maior ſic

loqui cepit. Amãtiſſimi proceres non hæc nobis regina ex opinione aut
exploratione manifeſtando loquitur/ſed omnino credite. Alcinoi enim
& mẽtem & uerbũ habet. Ad hæc Alcinous ſic inquit: Hoc ita fiet ut ego
nunc uiuus Pheacenſibus impero. Itaq; hoſpes quanq̃ reditum ualde cu
pis expecta uſq; in diem craſtinũ ut diuina munera abſoluã: de te namq;
reducendo cura omnibus erit præſertim mihi qui populo præ ſum. Cui
Vlyxes. Alcinoe inquit optime ſi me anno toto hic iuſſeris manere: dein
de auxiliũ in reducendo præbueris donaq; dederis mihi imprimis grati
ſſimũ ualdeq; uſui fuerit ſi manu ampliore in patriã remeabo ſimq; pro/
pterea uiris omnibus uenerabilior ſimilis & amantior qui me Ithacã eun
tem uiderint. Alcinous rurſus Vlyxe ait. Nos te quidẽ conſiderantes nõ
quendã deceptori aut ſubdolo ſimilem exiſtimamus quales tellus diuer
ſi generis homines paſcit uaria referentes: unde aliquis nec uiderit. Tibi
uero & forma uerboꝝ & mens bona ineſſe uidetur. Nã adpoſite ut pau/
loante cantor rem omnẽ & Argæoꝝ & tuos ipſius labores ordine narra/
ſti: dic queſo mihi hoc item uere ſi quos apud inferos ſocioꝝ uideris qui
te ad Troiam tuũq; fatum ſint ſecuti. Noctis adhuc plurimũ reſtat: nec
hora dormiendi: dic igitur mihi diuina facta. Nam ego uſq; mane tolera
bo: modo tu tuos referre labores patiaris. Cui Vlyxes. Alcinoe inqt op/
time hora quidẽ multoꝝ uerboꝝ/hora item ſonni: ſi tamen audire cupis
nõ equidem narrare miſeriora tibi alia poſſum q̃ meoꝝ ſocioꝝ erumnas:
qui Troianoꝝ ex tumultu elapſi poſtea redeuntes improbæ malignita/
te feminæ perierunt. Igitur poſtq̃ Perſephone animas alias alio diſperſit
Venit poſtmodũ Agamẽnonis anima meſta quidem: aliæq; congregatæ
quæ cũ ipſo in Aegiſti ædibus periere. Ille uero ubi ſanguinẽ bibit atrũ
me nouit miſereq; flebat lacrymas ex imo corde fundens ac manus exten
dens me amplecti conabatur. Verum nõ ei firma uis aderat neq; facultas
qualem antea in mẽbris flexibilibus habuit. Hunc ego adſpiciens inge/
mui ac animo ſum miſeratus: protinuſq; compellans ſic ſum adlocutus.
Atride uiroꝝ glorioſiſſime quod te fatum edomuit ad mortemq; duxit?
an Neptunus in naui exiſtentem uentoꝝ aduerſorũ ſpiritum uehementẽ
excitãdo? an potius iniuſti homines in terra te boues uel ouiũ pulchros
greges inuadẽtem inuaſere: uel de urbe aut feminis decertantem incomo
do adfecere? Sic ego: at ille Vlyxe inquit nec me Neptunus in nauibus
adflixit: neq; homines iniuſti in terra leſerunt ſed Aegiſtus unacum per
dita uxore per inſidias quũ me in domũ uocaſſet in cœna interfecit ſicut

Agamẽnõ ab Aegiſto interfectus in cœna.

quí bouem in præſepe mattat:ſic ego exitu miſerabiliſſum extinctus:cir/
ca me quoq; alii ſotii acerbe interfecti ueluti ſues fuere qui in hominis di
uitis ac ualde potentis uel nuptiis uel præmio ſeu feſto conuiuio uel etiã
multoꝝ uiroꝝ tam ſeparatim q̃ in pugna interfectoꝝ cedibus uerſati ſũt
Sed & illa maxima tu conſiderãs animo lugeres quemadmodũ circa cra/
terem plenaſq; menſas in ædibus accubuimus pauimento ſubtus ſangui
ne fluente. Miſerrimã audiui uocem Caſandræ Priami filiæ quã doloſa
Clytẽneſtra prope me interfecit: attamen ego uſq; ab humo manus attol
lens moribundus ante enſem ſupplicabam: at illa crudelis ſeſe ſubduxit
neq; mihi ad tartara eunti oculos ſaltem / aut os manibus claudere ſuſti/
nuit. O q̃ nihil eſt deterius aut atrocius femina quæ talia in uirum facta
ſtruit: qualia Clytæmneſtra uiro qui nullã prius aliã duxerat necem pa/ Clytæmneſtra.
rans perpetrauit/quæ & filiis & ancillis meis libenter ſe dixit domũ uen/
turã: at conſcia criminis & ſibi & poſteris dedecus peperit: laſciuioribus
uero feminis exemplo ſimul & adiumento impudicitiæ fuit. His igitur
dictis reſpondi. Heu ꝓfecto Iuppiter Atrei genus ob inſidias muliebres
nimiũ odio perſequit̃/ab initio namq; plurimi Helenæ cauſa periuimus
Tibi uero Clytemneſtra dolos procul exiſtenti parauit. Ille uero hac in/
quit tu de cauſa.

Vxori quanq̃ ſemper confidere noli Cõtra uxores.
Neu facilis uerbum credas quod noueris omne
Quedam ſed referes/animo nõnulla reconde.

Verum nequaq̃ Vlyxe tibi ex uxore mors obtinget/nã tua Penelope Ica
ri filia longe prudentiſſima ac ſapientiſſima eſt. Nempe illam puellã pro
ficiſcentes ad bellum reliquimus: natum tũc paruũ ubere alebat: qui nũc
felix in uiroꝝ numero uerſatur/profecto illum pater domũ reuertens ad
ſpiciet/illeq; patrem uti fas eſt uerebitur. Mea uero uxor neq; filium ocu/
lis adſpiciendo exſaturari permiſit: prius enim atq; illũ uiderem interfe/
cit. Sed aliud tibi dico & hoc clam tua nunc mente teneto/ne palam nauẽ
in patriam deducas quoniã nõ omnino feminis credenda. Sed queſo mi
hi uera refer de meo nato ſi uſq̃ audiuis eum uiuentẽ eſſe an apud Orcho
menũ ſeu Pylum an apud Menelaum & ſpartam: nondum enim uti ui/
deo generoſus Oreſtes in terris extinctus eſt. Ego uero Atride inquam
quid hoc me rogas? minime profecto noui uiuat ne an exceſſerit: turpe
quidem uana dicere. Igitur dum nos lacrymantes / ac meſti uerbis inter
nos triſtibus colloquimur ecce inluſtres ueniunt animæ Achillis impri

mis: deinde Patrocli & Antilochi & Aiacis qui forma & corpore omniũ Danaum præter Achillem præſtantiſſimus erat. Nouit me autẽ Achillis anima/ ac gemens adloquitur. Vlyxe miſer quid tibi uenit in mentẽ: aut maiori nunc inuides operi/ quonã modo ad inferos deſcendere ſuſtinuiſti: ubi imbecilli mortui hominũ tantũ idola adflictoꝝ uerſantur. Tunc ego Achille Achæoꝝ fortiſſime inquã ueni ad Tireſiæ uaticiniũ ſiquod oſtendat conſiliũ quo Ithacam reuertar: nondum enĩ prope ad Achaiam acceſſi neq; item meã attigi terrã ſed cõtinuo mala patior. Te uero Achille nec prioꝝ neq; poſterioꝝ ullus beatior: prius enĩ te uiuũ Argæi æque atq; deos honorauimus. Nũc uero hic exiſtens mortuis rurſus dominaris: quamobrem mors tibi excedenti Achille minime penitenda. Sic ego at ille ne mortem inquit dicas optime Vlyxe: Malim ego ruſticus mercede ſeruire ac uiro ſimilis inopi cui breuis ſit admodũ & anguſta res domi q̃ omnibus mortuis dominari. Sed queſo nuntiũ mei nati mihi adfer an promptus in bellũ ſit: an contra. Dic item ſiquid de Peleo patre audiueris ſi apud Myrmidonas Ciues in honore ſit: an per Græciã & Phthiã quod ille ad ſenectutẽ pedibus & manibus debilitatus peruenerit cõtemnatur. Nõ enim ego pugnator ſub luce ſum ſolis: qualis quãdoq; apud Troiam Argæos defenſitans fortem domui populũ. Nam ſi talis quanq̃ breui tempore in patriam domũ redirem profecto audaciã potenteſq; manus aliquoꝝ refringerem / qui per uim illũ incomodo adficiunt / aut de honore deiiciunt. Sic ille: ego uero de Peleo inquã nihil audiui: ſed de filio Neoptolemo/ referam uera uti iubes omnia. Illum in mea naui poſt Achæoꝝ diſceſſum e Scyro duxi/ at quando circa Troianã ciuitatẽ conſilia agitabamus ſemper primus loquebatur/ neq; uerbis errauit unq̃. Neſtor uero & ego ſoli cõcedebamus / ſed poſtq̃ Iliũ expugnauim9 in multitudine turbaq; exercitus nõ manſit: uerũ longe ante alios audens ac nemini cedẽs multos hoſtes ingenti ferocitate interfecit. Omnis ego ab eo ſuperatos pro Argæoꝝ ſalute minime narrare poſſem. Sed & Eurypilũ Telephi filiũ heroa quem poſt Memnonem pulcherrimũ uidi q̃fortiter ferro peremit: quem circa ſocii quoq; ingentes muliercularũ cauſa donorum ſunt ceſi. Quũq; in equũ quem Epeus fecit Argæoꝝ fortiſſimi conſcendimus mihi ſupra omnia mandauit ut equi latebras doloſq; recluderem: ac haſta irruerem. Hic alii Danai principes & duces lugebant ac uel de metuebant illũ ego nunquã nec gementẽ neq; lacrymis genas inficientem conſpexi: quin me orabat ut ex equo deſilirem enſiſq; capulũ ac ha/

Neoptolemus.

Eurypylus Telephi filius.

ſtam ferro grauem adripuit exitium Troianis animo furibundo inten/
tans. At poſtq̄ Priami urbem euertimus bonā honorū præmiorūq; ſecū
ferens partem:nauem conſcendit/illeſus quoq; & minime uulneratus uel
in ipſa cominus pugna ut in bello ſolet euenire quū Mars mixtim in proe
lio furit. His utrimq; dictis Achillis anima poſtmodum abiit longe ten
dens per floridum pratum:læta quidem quod filiū inluſtrem eſſe audi/
uerit. Aliæ uero mortuoꝝ animæ meſtæ conſtitere deq; his quæ ſunt il/
lis curæ interrogauere: ſola Aiacis anima Telamonii ꝓcul abſiſtebat ira Aiax.
ta mihi cauſa uictoriæ/ qua ego in iuditio apud naues de Achillis armis
ſum potitus/tulit autem & prudentiſſima mater/& mihi Troiani adiudi
carūt. Atq; utinam me tali certamine contendere nō contigiſſet:ipſorum
enim armoꝝ gratia tellus Aiacem tale caput contegit/qui & forma & uir
tute ceteris Danais excepto Achille præſtabat. Hunc igitur placidis com
pellans uerbis adloquor. Aiax Telamonie non te fas erat uel mortuū in
ira mecum armoꝝ gratia perſeuerare/que arma exitialia Argæis di dede/
re quod ob ea tale nempe munimentū ipſis perierit. Nos enī Achæi tuo
priuati æque ut Achillis capite dolemus. Neq; alius in cauſa q̄ Iuppiter:
qui Danaū exercitū odio uehementer eſt perſecutus:te autem ſupra mo/
dum. Sed huc ades o princeps ut noſtrū audias uerbū/ animūq; tuū pro
teruū atq; iram places. Ad hæc ille nihil reſpondit:ſed ad alias Erebi mor
tuoꝝ animas ſeſe recepit. Hic nihilominus iratus adloquitur: at ego hūc
dimittens alias adſpicere animas ſum animo impulſus. Minoem uidi Io Minos.
uis filium aureū habentem ſceptrū / iuraq; defunctis dicentem ac ſedentē
neq; illum alii ſedentes ſed ſtantes per amplam inferni domū de iure in/
terrogant. Poſt hunc Orionem ingentem uidi/ feras per floridum pratū Orion.
agitantem:quas ipſe in montibus deſertis peremit/ in manibus elegantē
robuſtamq; clauam habens. Vidi & Tityum terræ filiū humi iacentē per Tityus.
iugera nouem: Vultures illū utrimq; adſtantes duo:eius epar roſtro lace
rantes doloribus adfligebāt/at ille manibus reſiſtere proibetur/quod La
tonam Iouis coniugem Pytho uenientem per pulchram Panopeam ten/
tauerit. Tantalum quoq; uidi ſeuos habētem dolores:ſtantemq; in ſtag/ Tantalus.
no/quod eius ori propinquans adpetere ſitiens uidetur / bibendi autem
nequaq̄ facultatem habet. Nam quotiens ſenex bibere contendens ſe fle
ctit totiens aqua refugit reluctans : circaq; pedes terra nigra apparet ubi
ui numinis arbores altiſſimæ a ſummo fructus demittunt Onchnæ ui/
delicet & granata & mali præclaros ferentes fructus:ficus item dulces &

oleæ florentes/quos dum miſer erectis attrectare manibus conatur uen/
Siſyphus. tus ad ſidera uſq; tollit.Deinde Siſyphum uidi diris & ipſum penis adfli
ctum/ſaxum quoq; ingens manu portantē/ ac illud manibus pedibuſq;
innixū uſq; in montem trudentē. Verū quando in ſummū eſt cacumen
prope iam aſcenſurus tunc uiribus ac robore deſtituitur. Exquo rurſus
lapis impudens ad inferiora campi deuoluitur. Ille iterū corpore proten
ſus atq; innixus in ſublime propellit. Obiter autē ex mēbris ſudor fluit:
& ex capite puluis excitatur. Poſt hæc Herculis Idolum tantum uidi:nā
Hercules. ipſe cum dis imortalibus in feſtis cōuiuiis lætatus Heben ſecum formo
Hebes. ſam Iouis & Iunonis filiam habens:circa uero Idolum extinctaꝝ auium
ſtrepitus undiq; fugientium ac timentiū. Ille uero nocti ſimilis nudum
manibus arcum & in neruo ſagiptam paratam cōtinue tenēs oculis gra/
uiter obſeruat ac iaculanti ſimilis adſtat:penes quem orrendum circa pe/
ctus ſcutum erat ac lorum aureum in quo diuina ſculpta ſunt opera urſi
agreſtes ſuos leones generoſi. Pugnæ item & prœlia/cedeſq; uirorū : cui
profecto nec ſimile facturus eſt neq; fecit alterum quicunq; ſua id arte cō
didit. Vbi autē ille me uidit agnouit/gemenſq; adloquitur. Vlyxe Laer/
tiade ah miſer aliquod te forte fatum agitat quemadmodum & me dum
in luce fui. Iouis namq; filius eram.attamen erumnas ſum paſſus infini/
tas:homini enim longe inferiori perdomitus parui qui mihi dura man/
dauit certamina: me item quandoq; huc miſit canem debellaturum/ neq;
alium mihi duriorem excogitare potuit laborem. Hunc tandem uici ac
Mercurio/Mineruaq; iuuantibus ex inferno duxi. Sic dicens ad tartara
rurſus intro rediit. At ego firmiter ibidem expectans ſi quis alius ueni/
ret heroum qui dudum periere: profecto priores uiros quos cupiebā ad
ſpexi Theſea Perithoumq; deoꝝ filios:ſed ante multa defunctoꝝ millia
ſimul magno murmure cōuenere/ me uero pallidus occupauit timor ne
Perſephone Gorgonis caput orrendum monſtrum ex inferno mihi mit
teret:quamobrem ſtatim nauem petens ſotios conſcendere/ ac oram ſol/.
uere iuſſi. Illi obtemperauere/tranſtris confidentes. Hanc igitur per ocea
ni undam remi feliciter deinde proſper uentus detulere.

Libri Duodecimi Argumentum. M.

Arrat ut ex inferno ad Circē redierit/ut Sirenas præteriit/ ac ſaxa errantia Scyllamq; & Charybdim. Deinde ſuæ ipſius nauis ac ſotioꝝ interitum qui boues nōnullas ſolis adripuere:& ut ipſe tantum ad Calypſo ſupra lignū ſeruatus incolumis euaſit.

Oſtq̄ uero nauis oceani reliquit fluminis undam in altū pelagus deducta ꝑuenit ad Inſulā Aeæam ubi Au/ Aexa inſu/
roræ domus Choriq; & ſolis eſt oriens. Hic in arenā la.
ratem ſubducentes in littore deſcendimus/ ac demū cibo grauati quieſcētes aurorā expectauimus. Quūprimū uero illuxit ego ſotios ad domū Circes iuſſi cōtenderent ut Elpenoris extincti corpus efferrent/ac e ueſtigio uirgulta ad Pyrā cōſtituendā incidentes:eū in ſūma littoris ꝑte meſti ac lacrymātes tumulauimꝰ. Vbi uero corpus crematū/ac ſepulchrū cōpoſitū/arma remūq; ſimul colūnæ ſūmo tumulo adfixæ ſuſpendimus. His itaq; hoc modo diſpoſitis Circē interea nr̄ reditꝰ minime latuit ſed ſtatim parata occurrit ſimulq; cū ipa famulæ cererē carnēq; multā ac rubēs uinū attulere. Ipſa in medio adſtans protinus ait. Miſeri qui uiuentes ad inferos pene traſtis bis mortui: quū reliqui homines ſemel tantū excedant: ſed iam edite ac bibite rurſus in lucem reſtituti. Cras enim luce prima nauigabitis ego uero uiam monſtrabo/ ſingulaq; indicabo ne forte aliquo malo ſeu triſti cōſilio uel mari uel terra incomodū ſuſtineatis. Sic ait nos uero perſuaſi. Vbi uero ſol in occidētem inclinauit accubuimus carnem edentes/ac dulce potantes merum. Poſtq̄ uero ſol occidit alii quidē iuxta nauis rudentes dormierūt/me uero ſeparatim a ſotiis Circe manu tenens in ſede locauit:ſingulaq; interrogauit. ego quoq; omnia adpoſite narraui. Illa uero hæc inquit oīa ſic geſta ſunt:tu nūc ſi audis quæ dicā: recordabitur & tui deus ipſe. Sirenas primū fuge quæ omnis homines ad eas adeuntes emollire ac demulcere ſolent: quicūq; igitur per ignorationem illis propinquabit ſeu uocem illarum audiet: huic domū redeundi neq; uxoris neq; deniq; paruoꝝ filioꝝ cura ulla fuerit: ita molliter canunt in prato ſedentes: plurimus autem in littore oſſoꝝ cumulus eorum qui auſcultant: circaq; cutes direptæ idem ſignificantes conſpiciuntur. Sed tu iens abſiſte: inſuper ſotioꝝ aures cera illinito ne quis harmoniā audiat. Tu uero ſi uolueris audi: modo te nauis malo/manibus ac pedibus re/

ctum adligauerint ut illarum uoces cum iucũditate ſecurus attingas. Si autem ſocios uti te ſoluant orabis:illi multo maioribus uinclis te uinciãt At poſtquã has ſocii præterierint / non habeo uere quod dicam utra tibi uia futura ſit:tu tantum animo deliberabis:ego utramq; tibi referã. Hinc ſaxa ſunt altiſſima:hæc uſq; maris unda rotat:errantia di uocãt. Hic neq; uolatilia neq; columbæ quæ Ambroſiam Ioui ferunt pertranſeunt: ſed horum alterum continuo aufertur:alterumq; pater ipſe immittit cunctis apparens / quod quidem adeuntium nulla uirorum nauis euitat ſed ſimul nauium tabulas armaq; & corpora uirorũ maris fluctus & ſeuæ procellæ diſpergunt. Sola Argonauis ad ea properans quæ apud Aeetam regem erant: quum hac pertranſiret euaſit & ipſa quidem ad hæc impulſa fuiſſet niſi Iuno Iaſonis amica eam ſuccurrendo tranſmiſiſſet. Duo præterea ſunt ſcopuli alter ad cœlum uſq; tendit acuta ſublimitate nube circumoperta caliginoſa. Quamobrem nunquam mouetur neq;/ unquam æthra in euis cacumine ſiue per Eſtatem ſiue per Autumnum permanet: neq; item ullus mortalium aſcendit/ aut deſcendit non ſi ei manus centũ totidemq; pedes eſſent. In medio ſcopulo obſcura ſpelunca in occidentẽ ſpectat:a qua optime Vlyxe nauem deducentes tam longe abſiſtite quantum ex naue uir iuuenis arcum tendens iaculo non attingat. Hic enĩ habitat Scylla dirũ loquens:cui uox quanta catuli nuper nati eſt. Ipſa monſtrum infandum/quam nullus adſpiciens lætari poſſet. Non ſi deus obuiam ueniret. Huic pedes ſũt duodeni:omneſq; adſpectu fedi: ſenaq; colla oblonga/ cuilibet orrendum caput/ triplici quoq; dentes ordine denſi ac frequentes mortiſq; pleni. In medio ſpeluncæ natat ex diro baratro capita exerens. Quin ibidem furibunda delphinas caneſq; & ſi quod maius Cete contingat: qualia multa mare mittit expiſcatur. In hanc igitur ſpeluncam Nautæ non ita ſunt excordes ut cupiant cum naue confugere:capite namq; quolibet uirum e naui rapiens abſumit. Alter uero ſcopulus adſpectu quidem humilior eſt:ac ſaxo ſimilis rotundo:alteri quã tum arcu tenderes proximus. In hoc igitur caprificus eſt ingens frondibus uirens ſub quo Charybdis nigrã uorat aquam: ter enim in die emittit & reſorbet: orrendum ſane: ne tu illic forte fueris quum reſorbet non te profecto Neptunus ipſe a periculo liberaret:ſed potius Scyllæ ſcopulo a Charybdi abſiſtendo propinquabis:quũ longe præſtet ſex deſiderare ſocios q̃ ſimul omnis. Sic Circe ait: ego uero dic inquã dea mihi uerũ ſiquo modo peſtilẽtẽ Charybdim euitaueri:hãc ego expugnare poſſim:

Gyanea ſaxa.

De Scylla & Charybdi.

De Charybdi.

quãdo mihi ſociiſq; apta ſit nocere. At illa miſer inquit/ tibi namq; & bel
la/& labores curæ fuerint: cum dis uero imortalibus minime contendes.
Non hoc mortale ſed imortale malum eſt/graue/arduum/ inexpugnabi
le/nulli euitabile. Si autẽ contra Scyllam armatus decertabis caue ne ite/
rum in te irruens totidem ceruicibus totidem ſocios tibi eripiat. Sed cele
riter potius fugam adripe/ ac potentem Scyllæ matrem præteriens uoca:
quæ tale genuit monſtrum. Hæc filiam ne rurſus irruat proculdubio ſe
dabit. Poſt hæc in Thrinaciam ueniens ubi plurimi ſolis boues/ pluri/
mæ oues paſcuntur. Septem boum/ totidemq; ouiũ pulcherrimi greges
in qualibet uero Quinquaginta. Neq; fœtus ex illis ullus gignit̃/quod
minime ſeneſcant/aut intereant. Paſtores deæ ſunt Nymphæ formoſiſſi/
mæ Phæcuſa & Lampetia: quas dia Neæra Ioui peperit illas edens & edu
cens mater apud inſulam Thrinaciam procul habitare iuſſit/ac paternos
paſcere greges/quos ſi tu illeſos dimittas reditum uobis incolumẽ/ pol/
liceor: ac Ithacam quanq̃ mala patiendo perueniettis/ſi autem leſeris tunc
exitium uaticinor. Sic aitq; ſtatimq; aurora apparuit. Circe ad inſulam
ſuam ſe recepit: ego uero ad nauem hortatũ ſocios contendi uti conſcen
derent ac oram ſoluerent. Illi obtemperantes in tranſtris ſubito conſede/
runt/ac mare pulſauere. Circe autem retro uentum proſperum optatum
ſocium nobis imiſit: continuoq; arma expedientes in naui conſedimus:
quam uentus & gubernator direxere. Tunc ego ſociis meſtus animo di/
xi. O ſocii quæ mihi Circe diuina prædixit non unum aut duos tantum
ſcire oportet ſed omnibus referam ut plane ſciatis in uobis ſitum eſſe uel
moriamur omnino aut fatum mortemq; uitemus. Imprimis Sirenarum
iubet uitare cantum ac floridum pratum/me tantum audire. Verum me
uinclis firmiſſimis rectum apud nauis malum uincite. Si autem orauero
aut iuſſero ſolui/uos tunc maioribus longe uinclis me premere manda/
uit. Hæc igitur omnia ſociis memorabam: nauis interea uento impellen/
te ꝓſpero ad Sirenarũ inſulã adpulſa eſt/mox uẽtus poſuit / ac ſerena trã
qllitas facta: undeq; dei munere ſopitæ: ſocii protinus adſurgentes uela
legũt/deinde ſedẽtes leuibus remis aquã cõuerberãt. Ego aũt Ceræ mag
nã rotã enſe paulũ incidẽs manib9 grauib9 p̃ſſi/cera ſtatim liq̃facta/ ubi
uis magna ſolis coegit. Deinde ſociis aures oibus illeui. Illi uero me re/
ctũ ad nauis malũ manib9 pedibuſq; adligauere. Ipſi cõſidẽtes remis ma
re pulſauere/qñ uero tñ abſtitim9 q̃tũ uox clamãtis extẽdit̃: facile ſeq̃n
tes Sirenas nauis ꝓpe adcedẽs minĩe latuit/q̃obrẽ dulcẽ parauere cãtionẽ

Thrinacia
nõ Thrina
cria apud
Homerũ.
Phæcuſa.
Lampetia.

Cantus Syrenarum. Hac ades o ingens Græcorum gloria Vlyxe
Siſte ratem:noſtras propius nunc adſpice uoces
Hac iter ingreditur nemo:quin carmina noſtra
Audiat:ac dulcis guſtet modulamina cantus
Vnde hilaris tandem:doctus quoq; plura recedit
Scimus apud Troiam que nuper geſta fuere:
Quanta ue diuorum Danaiq; & Troes ob iram
Paſſi per cunctas ſubiere pericula terras.

Sic igr̃ locutæ Sirenes dulcẽ emittẽtes Harmoniã fuere. At ego audiendi maxime cupiditate incenſus ſolui cõfeſtim me iuſſi nutu ſupcilii. Illi uero remis magis incubuere / ſtatimq; Perimedes & Eurylochus ſurgentes maioribꝰ me uinculis p̃ſſerũt. Poſtq̃ uero p̃teriuimus/nec ampliꝰ deinde Sirenaꝝ uocẽ aut cãtũ audiuimus ilico ex auribꝰ ſocii cerã qua eas illeui apſtulere:meq; demũ uinculis ſoluerũt. Poſtq̃ inſulã reliqmus ſtatim fumũ/magnãq; undã ac ſonitũ audiui/quãobrẽ e manibꝰ ſocioꝝ timẽtiũ remi ceciderũt: murmure inſup magno cũcta circa fluctũ ſtrepuere: nauis quoq; ibidẽ heſit qm̃ ui remos ac manibꝰ minime urgerẽt. At ego p̱ nauẽ pperãs placidis ſocios uerbis adortabar uiritim quẽlibet prenſando.

O ſocii neq; enim ignari ſumus ante malorum
O paſſi grauiora:feri quum dira Cyclopis
Exortatio Vlyxis ad ſocios. Ora nimis miſeros mandentia uidimus artus
Vnde tamen noſtra uirtute euaſimus:horum
Vos quanq; trepidi ſiquid meminiſtis:adeſte
Nunc auſu:reuocate animos:meſtumq; timorem
Ponite:dein dictis ſubito parete uolentes
Ordine iam tranſtris iubeo conſidere cunctos
Ac ingens pelagus pulſare:incumbere remis
Extremum nobis ſi qua depellere fatum
Iuppiter:aut tanto tribuat ſupereſſe periclo.
Teq; gubernator moneo conſurge:uigilq;
Hoc procul a fumo:fluctu quoq; dimoue nauem
Atq; caue ſcopulum:quo forte impulſa carina
Exitium fuerit:certamq; datura ruinam.

Sic dixi:at illi ſtatim optemperauere:ego uero nondũ illis Scyllæ monſtrum ne inutilem obicerẽ triſtitiã manifeſtaui : ne ue timentes a remigatione deſiſterẽt:ſeſe intus tuẽdo ac muniẽdo . Tũc ego Circes qdẽ triſtis

mandati obliuiſci ſum uiſus quod me armari non iuſſerat/ arma nihilo/
minus protinus indués ac duas in manibus longas adripiens haſtas ad
nauis adceſſi proram . Vnde mihi Scyllã apparere pertimeſcebam exitiũ
nobis adlaturam:neq; tamen adſpicere potui: mihi namq; quoquo uer/
ſus ſaxum illud in ponto contuenti oculi dolebant : quamobrem maris
anguſtiam flentes adnauigauimus.Hic enĩ Scylla & ex altera parte Cha/
rybdis/orrendum maris fluctũ reſorbet quandoq; uomit/ ut lebes aquæ Scyllæ Cha
in multo igne cõmixtim remurmurat. Alga enĩ ex alto ſublata in utrũq; rybdiſq; de
ſcopulum cadit:at quando maris unda intus conuoluta reſorbetur circa ſcriptio.
ſaxum grauiter mugit/terramq; ſupra ceruleam oſtendit arenã. Noſtros
autem pallidus occupauit timor:corãq; ſpectantibus nobis exitiũ Scylla
ſex ſotios uiribus fortiſſimos corripuit/quoꝝ in ſublime erectoꝝ pedes
ac manꝰ agnoui qui me in poſtrema meſti calamitate nominatim uocita
bant/ueluti quũ piſcator in prominẽti ſaxo longo baculo paucis piſcibꝰ
dolũ in aquã mittens in pontũ cornu bouis proicit/deinde palpitantem
dextra trait.Sic illi palpitantes in ſublime ad ſaxa erecti ſunt: quos ibidẽ
in foribus illa deuorauit manus uidi in graui ſupplicio tendẽtes.Miſer/
rimũ ergo illud oculis adſpexi oĩm quæ errãdo ꝑ maris uias paſſus ſum
Poſtq̃ uero ſaxa euaſimus/grauẽq; Charybdim ac Scyllã/ ſtatim in ſolis Inſula So/
nobilẽ inſulã uenimus.Hic boues pulcherrimæ multæq; oues ſolis erãt: lis.
tũc ego ꝑ mare iens quũ mugitũ balatũq; ſimul in caulis exiſtẽtiũ audirẽ
Tireſiæ uatis pariterq; Circes q̃ mihi multa mãdauit uerbi ſũ recordatꝰ:
ut ſolis inſulã uitarẽ/quãobrem meſtus aio ſic ſotios ſum adlocutus.Au
dite ſotii quicũq; mala mecũ paſſi eſtis ut uobis Tireſiæ ac Circes q̃ mihi
plura ꝑdixit uaticiniũ referã.Inſulã ſolis nobis euitandã monuerũt : hic
malũ grauiſſimũ fore.Quare procul ab inſula nauem dirigite. His audĩ
tis aio fracti corruerũt:ſtatimq; Eurylochus me triſti adfat᷑ ſermone.Du
rus es Vlyxe/robore/mẽbriſq; indefeſſus: nã tibi profecto cũcta ſunt fer
rea/qui ſotios labore ſonnoq; ꝓſſos in terrã deſcendere nõ ſinis.Hic nãq;
in Amphirytes inſula prandiũ molliter attingemus:ſed tu fruſtra ꝑ no/
ctem nos ꝓcul ab inſula in ponto errare iubes.Ex noctibus ſiquidẽ ſeuĩ
ſunt uenti nauibus incomodi : quonã modo q̃ſo aliquis exitiũ uitabit?
ſi ſubita uenti procella irruerint uel Noti ſeu Zephyri qui maxime nauẽ
uel dis ipſis inuitis diſpergũt.Quamobrem nocti iam cedamus epuliſq;
apud nauem manentes adcingamus : quumprimum illuxerit ſoluentes
per altum tendemus : ſic ait Eurylochus/alii quoq; adſenſere. Tunc ego

proculdubio noui mala nobis a deo parari : quare illum compellans ſic
ſum adlocutus. Euryloche profecto mihi uim ſoli exiſtenti adfertis:om/
nes tamen mihi prius iurate ſi quem boum aut ouiũ gregem inueneritis
ne quis temeritate fretus bouem uel ouem perimat/ſed cibũ quem Circe
nobis præbuit libenter edite. Illi ſtatim parentes uti iuſſi/iurauere/dein/
de nauem in curuũ portum ſubducentes apud dulces aquas e naui exilie
runt:menſis deinde adcinxerunt: at poſtq̃ eſt amor cõpreſſus edendi me
mores fati miſeroꝝ ſotiorũ quos Scylla e naui eripiens uorauit grauiter
flebant. Plorantibus igitur illis ſonnus dulcis irrepſit. Noctis aũt initio
apparentibus aſtris Iuppiter uentũ procelloſum cũ turbine imenſo exci
tauit:nubibuſq; terrã cœlumq; clauſit/nox e cœlo ruit:quũ primũ illuxit
nauem traentes in curuũ ſpecu adpulimus. Hic Nympharũ chori rete/
ſſuſq; pulcherrimi. Tunc ego conciliũ cogens ſic ſum adlocutus. O ſotii
in hac inſula eſculenta & poculenta ſunt: tantũ moneo a bubus abſtinea
mus ne quid incomodi patiamur. Hæ namq; boues/ oueſq; ſolis grauis
dei ſunt qui cuncta cõſpicit/atq; audit. Ad hæc illis perſuaſis menſem to
tum Notus continuo ſpirauit: alius aũt uentoꝝ præter Eurũ & Notum
nullus ſolebat. Illi uero donec cererem/uinũq; rubrum habuere/ tunc ui
ctum optãtes : a bubus apſtinuere/ſed quãdo nauis omne uiaticũ eſt ab
ſumptũ tunc neceſſariã errabundi prædam ſunt ſectati/piſces/ aueſq; cur
uis quidẽ hamis quicquid ad manus ueniret/uentrẽ urgente fame. Tunc
ego ad inſulam ſeceſſi ut dis uota facerem ſiquis mihi uiã redeundi mon
ſtraret. Per inſulam itaq; procul a ſotiis lauare manus ibam ubi tegmen a
uentis tutũ erat:ibiq; dis omnibus ſupplicaui qui mihi dulcem oculis ſo
porem miſere. Eurylochus interea malo cõſilio ſotios adloquẽs. Audite
me inquit uiri quanq̃ mala patientes Mors namq; omnis miſera miſeris
eſt mortalibus : attamen fame perire miſerrimũ. Nũc agite ex bubus ſo/
lis optimas auertite dis ĩmortalibus ſacrificemus. Si autẽ Ithacam in pa/
triam terrã perueniemus pulchrũ ſoli templũ conſtruemus : ubi ſtatuas
nobiles ac multas dicabimus. Si forte iratus ob boues nauem perdere ue
lit:alii ſequentur dii:malo enim ſemel inter undas animã perdere fatur q̃
in inſula deſerta exiſtens fame corrumpi. His alii dictis adſenſere/ ac e ue
ſtigio ſolis boues auertentes de propinquo (nõ enim longe a naui paſce
bant/dis uota nuncupantes optulere:frondeſq; ac ramos quercus prop/
terea cogentes:quũ ordeo in naui carerent. Has igitur poſtq̃ ſupplicarũt
iugulauere:ac tergora coſtis diripuere:crura deinde incidẽtes nidore oge

ruerunt/bifariam diſpartiendo:ac cruda ponendo/uinum fundere in ar/dentibus ſacris de more nõ habuerunt ſed aqua interiora omnia coxerũt at poſtq̃ crura adoleuere & uiſcera extenderunt minutim alia inciderunt: uerubuſq; trementia infixere. Tũc igitur a ſonno excitatus ad littus protinus contendi/ac ubi naui adpropinquaui nidoris uapor dulcis ad nares ſeſe optulit meas. Ingemens ego deos tunc immortales oraui. Iuppiter pater:aliiq; di quid me in hoc incomodũ: inimico ſonno induxiſtis: en ſotii magnũ facinus agitantes ſunt aggreſſi. Interea Lampetia uelox nuncia Soli uenit quemadmodũ noſtri ſocii boues interfeciſſent. Ille ſtatim animo iratus deos ſic adloquitur: Iuppiter pater & alii di plecte Vlyxis ſotios qui meos perimerunt boues/ſuperbũ ſane/ quibus ego ſiue aſcendens in cœlũ ſiue e cœlo rurſus in terram conuerſus profecto lætabar Si enim mihi boum damna ex æquo nõ penſabunt:meã omnino ad infernũ ac mortuos lucem adferam. Cui Iuppiter o Sol inquit tu & dis & hominibus ſupra terrã nihilominus lucebis. Horum ego nauem fulmine argete ſubito feriens in medio ponto abrumpam. Hæc ego a Calypſo accepi quæ ſe audiiſſe a Ioue dixit. Vbi uero ad nauem perueni hinc inde ſotios prenſando obiurgaui / ſed iam remediũ nullũ inueniri poterat quũ iam boues interiiſſent/quibus ſubito di portenta oſtenderunt: pelles enim iam direptæ ſerpebant: carnes coctæ crudæq; in uerubus mugitus more boum edidere. Senos igitur dies ſotii in edendis bubus ſolis quas apſtulerant conſumpſere. Septimã uero diem poſtq̃ Iuppiter excitauit uentus poſuit/tempeſtas deſiit. Nos rurſus nauem repetimus:malum erigentes:uela pãdentes. Vbi uero inſulam reliquimus neq; alia amplius terra apparuit:ſed cœlum undiq; & undiq; pontus:tunc obſcuram nubem Iuppiter ſupra nauem ſtatuit: ex qua pelagus tenebris obductũ. Nec multo poſt tempore Zephyrus ſtridens cum procella irruit ingenti/ſtatimq; ſeui uenti tempeſtas utroſq; uidentes dirupit: malus igitur ipſe retro cecidit: arma deniq; omnia in ſentinã diffuſa corruerunt: quorũ moles gubernatoris in prora exiſtentis capitis oſſa præcipitando fregerunt. Ille ouiculæ ſimilis intra tumuli ſedilia cecidit/ ac ſpiritus oſſa reliquit. Iuppiter ſimul intonuit/nauem fulmine percuſſit/ exquo tota ſoluta/ac ſulphure plena apparuit: quapropter ſotii ex ea cecidere ac cornicũ more circa nauim undis ferebantur. Deus enim reditum nobis inuidit: ego per nauem ferebar / cuius munimentum carinæ ſoluerat tempeſtas: hanc tenuem portabat fluctus. Deinde malum uſq; ad carinã fractum in

quo bubulæ pellis uinculum erat aptatum cum hoc igitur ambos ſimul & malū & carinam compoſui. Supra hoc itaq; ſedēs ego aduerſis ferebar uentis. At ubi Zephyrus deſiit ſubito notus irruit meo pariens animo triſtitiam. Itaq; nocte tota ad exitialem rurſus ſum delatus Charybdim. Oriēte aūt ſole ad Scyllæ ſcopulū charybdimq; dirā impulſus ſum: hæc maris aquā reſorbuit. At ego ad altam caprificum ſuperne ſum adreptus cui uehementer innixus ueluti ueſpertilio aderebam: nec facultas propte rea aut pedes ſtabiliter firmanda/ aut aſcendendi fuit. Radices eni longe ſerpebāt: rami quoq; in ſublime recedebāt/ ita ut proceritate Charybdim obumbrarent/ egre aūt aderebā quod illa rurſus malū & carinam uoraue rat/ cupienti tandem mihi ſerius reuerſa ſunt ut quādo uir e foro ad pran dium redire ſolet qui multas litigantiū iuuenū cōtentiōes iudicat & cog/ noſcit/ ſic tūc demū ligna hæc ex Charybdis ore reiecta apparuerūt. Ego uero me tunc pedibus/ manibuſq; proiectis ad inferna demittens ſonitu ingenti in ipſoꝝ medio cecidi: in hiſq; confidens manibus propriis ea di uidebam. Scyllā uero Iuppiter nō adhuc uidere dedit: nec propterea exi/ tium omnino effugi. Hoc igitur modo diebus nouem ſum delatus: deci ma uero nocte ad inſulā Ogygiam di propinquū reddidere. Hic Calypſo grauis eloquenſq; dea habitabat/ quæ me magnopere & amauit & fouit. Sed quid hæc tibi reliqua narrem? quæ externa die in ædibus recenſui: mihi namq; moleſtum rurſus adpoſite dicta repetere.

Libri Decimitertii Argumentum. N.

Ormientē Vlyxem Pheacenſes cū donis in Ithacenſiū terrā expo d nūt ac ipſoꝝ nauem reuertentē Neptunus in lapidē conuertit Mi nerua quoq; apud littus cum Vlyxe de cede Procoꝝ agit/ theſau ros in ſpelunca abſcondit/ ac Vlyxem in ſenem conuertit.

Ic Vlyxes ait: omnes uero ſilentiū tenuerūt ac per am plas ædis lætabantur. Alcinous reſpondens Vlyxe in quis quando meā domū petiiſti: ſi mala paſſus es mul s ta non puto deinceps amplius errabis. Veſtrum autē cuilibet amantiſſimi: qui in ædibus meis uetus & ru/ brum continuo uinū bibitis ac Poetæ cantū auditis. Hæc dico quemadmodū ueſtes & aurū uarie laboratū aliaq; cuncta dona quæ Pheacenſiū ſenatus huic hoſpiti tulit in arca ſita

ſunt. Ac nos tripodem inſuper magnũ lebetemq́ uiritim demus: præte/rea congregati per populũ omnes eũ honoremus difficile ſane unũ omnia ac dotem quodãmodo muneris loco poſſe dare. Sic ille/omnibus ſententia placuit. Itaq́ domũ cubitũ eunt: quũ uero primũ illuxit nauẽ qua hoſpitem deducturi erant impleuerũt: ferrũ inſtrumentũq́ ad eam traendam adibuerũt: & hæc quidẽ probe Alcinous aptauit: nã ipſemet per iuga uadens ne quis nautarũ feſtinandi gratia remis nauem lederet reſpiciebat. Illi ad ædis epulaſq́ Alcinoi uenerũt qui bouem Ioui imprimis omnibus imperanti obtulit/ crura uero cremantes conuiuæ hilariter ederũt Inter quos diuinus poeta cecinit Demodocus populis in honore habitus. Ac Vlyxes quod redeundi ſtudia ſollicitaretur ſepe caput ad ſolẽ fulgentem uertebat iam occidere maturius cupiens ueluti uir cui totũ diem boues aratrũ in nouali traxerũt ad menſam deniq́ ire cupienti libẽter ſol occidit/euntiq́ genua labant. Sic Vlyxes auide ſolem occidentẽ expectabat: ſtatimq́ Pheacẽſes/ ac imprimis Alcinoũ eſt adlocutus. Alcinoe rex populorũ libate iam & me dimittite: uos quoq́ ualete: quando quæ animus cupiebat ſum probe adſecutus: reductionẽ uidelicet & cara munera quæ utinam di fortunent: & optimã domi coniugem cũ filiis incolumibus reuertens inueniã. Vos autem remanentes exhilarate coniuges ac liberos. Di uero uirtutem tribuant omnimodã: ac nullũ publicum patiantur malum. Sic ait: omnes uero læti iuſſere hoſpitẽ deduci quãdo probe locutus eſt. Tũc ad præconẽ Alcinous uerſus Pantonoe inquit merũ fundens craterem per ædis omnibus prebe ut Ioui libantes hoſpitem in eius patriã reducamus. Ille dulce ſumens uinũ omnibus uiritim dedit: qui poſtq̃ dis libarũt e ſedibus ſurrexerũt: ſurrexit & Vlyxes/ pateramq́ Arete manibus præbuit/ atq́ illã cõpellans Salue inquit regina donec ſenectus ueniat ac mors/ hæc eni inter homines exiſtũt cõmunia. Ego enĩ reuertar tu uero in domo tua cum tuis populis lætabere: ſic dicens humi fudit. Alcinous confeſtim præconi ut illũ ad nauim deducat mandauit: Arete uero ſimul famulas miſit quarũ alteræ Pharũ maculis purgatũ ac tunicam: alteræ arcã ferendã præbuit/ alia cererem/ alia uinũ rubrũ portabat. Poſtq̃ uero ad mare peruenerũt/ qui reducebant uiri eſculenta & poculenta ſuſcipientes in naui collocauerũt/ in eiuſdẽq́ pauimento in parte puppis Vlyxi ſtragula linaq́ ſtrauere ut nullus cubaret. Igiť ipſe in primis cõſcendit: cui dulcis & alta quies placidaq́ in ſimillima morti paulatim ad oculos irrepſit: ceteri circa tranſtra ordine conſederunt: oramq́ ex

Compatio

Digreſſus Vlyxis ab Alcinoo.

Vlyxes dormiens reducitť a Pheacenſibus.

cauo lapide ſoluẽtes remis incũbentes ac temonẽ dirigentes mare ſindũt.
Compatio
Ac ueluti in campo equi mares quadriuigi oẽs ſimul flagelli uerbere im/
pulſi alte ſe actollendo uiam facile ſecant. Sic puppis eleuabatur: unda re
Circꝰ aquilæ genus.
tro maris nigricãs currebat. Sed nec Circus q̃uis leuiſſimus ullo modo
conſequeret᷑: adeo uelociter ac ſecure pontum illa pertranſeundo ſecabat
hominẽ ferens diuoꝝ prudẽtiã habentẽ qui prius quidẽ multa eſt paſſus
aĩo erũnas & hoĩm bella & triſtes undas: tũc oblitꝰ laboꝝ quiete dormie
bat. Vbi uero lucifer aſtrũ qđ maxime auroræ nũtius uenit apparuit tũc
Phorcynis portus deſcriptio.
inſulæ nauis ꝓpinquauit. Phorcynis quidẽ portꝰ eſt marini ſenis in po
pulo Ithacẽſi/ duo quoq; littora ꝓminentia prærupta ad portũ uſq; pro
tenſa/ quæ a uẽtis uehemẽtibus magnos fluctus arcent atq; obtegũt extra
intra uero ſine uinculis naues incolumes manẽt qñ ad finẽ itineris uene/
re. In portus aũt capite olea eſt iuxtaq; antrũ amenũ/ obſcurũ/ nymphis
ſacratũ quæ Naiades uocãtur: ex una pte crateres ſunt & amphoræ lapi/
deæ ubi apes nutriũtur/ ex altera telæ lapideæ oblongæ ubi Nymphæ tu
nicas purpureas/ mirabile uiſu/ contexũt: ex altera aquæ perennes. Duæ
illi ſunt portæ una quidẽ in boreã/ hoĩes ducũt/ Altera uero diuinior ad
notũ ptinet neq; hoĩbus adceſſa ſed dis. Huc igit᷑ conſiderato prius loco
nauem impulimus quæ ita remigũ manibus urgebat᷑ ut ſpatio medieta/
tis eius terræ celeriter propinquãdo impelleret᷑. Illi protinus e naui deſcẽ
dentes primũ quidem Vlyxem ſuſtulerũt: at cum linis & ſtratis ornatis
qbus cubabat dormientẽ in arena poſuerũt: deinde per Mineruã opes tu
lere quas boni Pheacenſes ei domũ reuertenti dedere: & has qdẽ cõgeſtas
ſub olea iuxta uiã poſuere nequis uiator priuſq̃ Vlyxes ſurgeret inuadẽs
auferret. Pheacenſes aũt his geſtis domũ reuerterunt. At Neptunus iræ
minarũ ue quas Vlyxi dudũ intẽtauit minime oblitus eſt. Iouis itaq; cõ
ſiliũ prius his uerbis ſciſcitat᷑. Iuppiter pater iã ego inter diuos deinceps
nullo ero in honore: qñ mortales Pheacenſes me nequaq̃ uerent᷑ qui cõ/
tra ea quæ mihi annueras de Vlyxe multa paſſuro nũc plane redeũdi fa/
cultatem ei præbent: ac in naui ſopitũ ferentes in portũ Ithacam remiſere
inſuper donis ingentibus onerauere æris auriq; ſatis: ueſtẽ quoq; intex/
tam multaq; alia tribuendo quæ neq; Vlyxes ex Troia tuliſſet ſi incolu/
mis cum parte ſuæ prædæ ueniſſet. Cui Iuppiter heu Neptune quid ais
inquit᷑ di te nequaq̃ ſpernunt: durum profecto fuerit antiquiſſimũ &
optimũ diuoꝝ contemnere. Nam mortaliũ aliquis iure potentiæ ac reue
rentiæ ceſſerit noſtræ: tibi uero impoſteꝝ ultio fuerit: cui Neptunus: uti

nam ego Iuppiter inquit ita ut ais agere poſſem:ſed tuā cōtinuo iram ob
ſeruo atq; uito:nūc uero quando licet Pheacenſiū nauem pulcrham ex re
ductione redeuntem ubiiam tenetur deuaſtare decreui ac in magnū con
uertere montem urbi occubantem luminaq; obſtruentem ut plane diſcāt
a reducendis hominibꝰ apſtinere.O q̄ pulceherrimū inquit Iuppiter mi
hſ uidetur quando omnes adpulſam ab urbe proſpicient in lapidem na
ui ſimilem conuerſari:terræq; propinquā/ ab ingenti præterea monte cir
ca urbem ſubito claudi:magna profecto admiratione tenebuntur.Atta/
men hoc Neptune.Scheriā ubi Pheacenſes orti ſunt contende: hic nauis Scheria
facile inſecuta conſtitit.Neptunus igitur nulla mora propius adcedēs in urbs.
lapidē eam conuertit & radicitus firmauit manu prona impellens.Idē de/
inde diſparuit.At Pheacenſes ſtupefacti ſic alterutrū dicebant.Heu quis
nam nauem domū reductā in ponto ſtabiliuit in ſaxū tota nunc ecce pro
minet & apparet.Hos igit᷑ hoc modo mirantes atq; ignaros ut res geſta
erat Alcinous ſic adfatur.Heu q̄ bene antiqua uaticinia patris mei uene/
runt qui ait Neptunū nos admirari ſolere quod omnibus itineri auxilio
ſimus : propterea quandoq; futurū ut nauis quæ officium huiuſcemodi
præſtitura eſt in ponto deſtruenda eſſet ac in montem conuertenda ciui/
tati occubantem.Hunc uero omnia apparuere: quamobrem que dico cū
cti auſcultate . Deſiſtite iam hoſpites ſiquis ueſtram deinceps petit urbē
uiatico proſequi / ac Neptuno tauros Duodenos electos ſacrificemus ſi
forte miſereatur.Sic ait:illi uero perterriti iuſſa ſtatim fecerunt . Dumq;
Pheacenſium principes apud aram ſtantes uota Neptuno fuerit . Vly/
xes e ſonno experrectus eſt in terra patria / quam quod diu ferret abſens
minime cognouit. Nam dea obſcura illum nube circumfudit ut ignotū
redderet/ſingulaq; monuit / quod non illum uxor nec Ciues neq; amici Vlyxes nec
prius agnoſcerent q̄ omniū Procorum iniuriam plecteret : quamobrem cognoſcit
aliena ſpetie cuncta ei uidebantur ſemitæ difficiles portuſq; nauibus ex / ſuorum ali
cipiendis apti:ſaxaq; alta & arbores florentes.Itaq; ſuſpenſus animo con quem neq;
ſtitit:in terramq; patriam adſpexit mox ingemens ac manibus crus ſibi cognoſcit᷑.
conuerberans ait. Heu in quorum ego mortalium terram incidi: iniuſti
ne ſunt & agreſtes/an hoſpitales/& deos faſq; colētes? quo ego nūc opes
multas fero? quo nunc erro? utinā apud Pheacenſes manſiſſem.Ibi nāq;
aliquem regum profecto adiuiſſem qui me iuuans reduxiſſet.Nunc ubi
ſum neſcio/illic adplicare dubito ne præda ſim aliis. Heu non omnia ſci
mus:nec iuſti erāt Pheacenſes principes qui me in alienam deduxere ter/

ram. At ſe Ichacam deducturos dicebant quod minime fecerunt. Iuppi/ter eos plectat qui ſupplicibus præeſt: qui ue alios adſpicit homines qui cunq; peccant/ ſed & opes recenſebo ne qui uenientes ex naui auferāt. Sic ait ac tripodes pulchros lebeteſq; & aurum/ ueſtes itē arte laboratas nu/merat/ quoq; nihil deſiderauit/ tantum patriam ſpectabat ac per maris lit tus ambulando magnopere quærebatur: quū ſubito ex propinquo Mi nerua ſuperuenit iuueni tenero opilioni adſimulata quales dominorum ſunt filii ueſtem induta elegantem/ ac circa humeros reuocatam pedibus autem pulchra calciamēta & manu haſtile retinens. Hanc Vlyxes conſpi ciens lætatus eſt atq; obuiam procedendo illum compellās ait. Heus ami ce quando in te primū incidi in hac regione ſalue: ne queſo ſis malo mi/hi obuius animo/ ſed hæc ſerua/ me item ſerua/ te nam q; uti deū obſecro: tuaq; genua ſupplex peto hoc mihi uere dic: quæ nam hæc terra: qui po/pulus/ qui homines habitāt: an aliqua inſula clara: an littus aliquod ma ris fertili adiacet telluri? Illa uero reſpondens Ineptus es inquit Hoſpes ſeu procul hinc ueniſti ſi hanc terram ignoras. Non adeo ignobilis eſt: Norunt enim eam quicunq; apud orientem ſolem quiq; ad occidentē ha bitant. Aſpera nempe eſt neq; equis apta ferendis. Verum frumento: ui/noq; utilis: hic imber continuo: roſq; uirens: inſuper capris: bubuſq; ad/comoda paſcendis/ ſilua omnimoda: irrigationes toto durantes anno ad ſunt: quamobrem Ichacæ nomen ad Troiam uſq; penetrauit: quam lon ge ab Achæorum terra dicunt eſſe. Hæc ubi audiuit/ gauiſus Vlyxes pa/triam ſuam hanc eſſe. Mineruam rurſus compellans compoſitis adloqui tur uerbis aſtutam cōtinuo mentem in pectore uerſando. De Ithaca iam cum eſſem in Creta procul audiui: nunc ueni & ipſe cum his opibus tan tundem filiis relinquens. Fugi quod Orſilochum Idomenei filium inter feci: ita curſu celerem ut in Creta uiros exploratores pedum uelocitate ſu peraret/ quoniam me præda Troiana priuare uoluit: cuius gratia multa ſum paſſus & uirorum bella & ſeuas undas expertus: quamobrem eius ego patri ut gratificarer apud Troiam minime fui comes ſed alios mecū duxi ſotios. Hunc igitur Orſilochum ego cum ſotio ex agro uenientem prope uiam per inſidias ferro peremi. Nox erat obſcura/ nulluſq; prop/terea nos uouit quo interfecto protinus nauē Phœnicū conſcendi/ quos uti placabiles redderem præda impertii. Hos rogaui uti me Pylum: aut Elidem ubi Epei dominantur deducerēt. Sed profecto illos inde uis uen ti ualde coactos: ac minime decipere uolentes auertit. Vnde nos huc er/

De Ithacen ſis terræ na tura.

Idomeneus. Orſilochus

rādo uenimus nocte magno ſtudio in portum adpulſi nec ullus nobis
quamuis egentis cenæ memoria erat:ſed de naui deſcendentes iacuimus
Hic me feſſum dulcis inuaſit ſonnus/ ac ſotii de naui obiter meas opes fe
rentes ubi ipſe in arena cubabam poſuerunt:ſtatimꝗ rurſus nauem con/
ſcendentes Sidoniam adnauigarunt:ego tantum meſtus animo remanſi
His ab Vlyxe dictis Minerua riſit quæ corpore quidem mulieri pulchræ
ac operũ pulchroꝝ ſcienti ſimilis apparuit/atꝗ illum compellans ſic ait.
Aſtutus nempe foret nimiũꝗ uafer/ qui te in omnibus dolis præteriret:
uel ſi deus congrederetur o nefande uerſuta:uariaꝗ mente. His tu decep
tionibus uerbiſꝗ callidis quæ tibi radicitus amica ſunt : ſaltem in patria
tua deſinere ac ſuperſedere debueras. Non igitur hæc amplius inter nos:
quum probe norimus ambo dolos & aſtus quoniā tu dolo & cōſilio &
eloquētia inter mortales præſtas:ego uero inter diuos molli aſtutia cedo
Nō ne Mineruā noſti Iouis filiam / quæ in cunctis laboribus tibi ſemp
adſtiti/te item Pheacenſibus amicũ reddidi? Nunc uero huc ueni ut tibi
conſilium ſubdam: opeſꝗ quas tibi Pheacenſes reuertenti meo conſilio
dedere abſcondam. Te autem moneo ut omnia quæ tibi fatũ ferenda do
mi dederit æquo aīo ac neceſſario feras/ neꝗ ulli mortalium ſiue uiro ſi/
ue feminæ dixeris quod peregre ueneris errabundus:ſed tacita cũcta pa/
tiaris uim etiā uiroꝝ tolerando. Cui Vlyxes reſpondens difficile inquit
dea homini mortali uel prudenti fuerit te obuiam uenientem agnoſcere:
tete nāꝗ cui uis adſimilas. Ego uero probe iam ſcio quemadmodũ mihi
æqua fueris donec apud Troiā bellũ gerebamus filii Achæoꝝ. At poſtq̄
Priami domum euertimus nauem conſcendimus quas deus diſſipauit.
Non te poſtea uidi neꝗ noui nauim conſcendentem meam ut me labori
bus leuares. Sed continuo trepidā habens in pectore mentem erraui: do
nec diui me ab erũnis liberauere. Te namꝗ quæ prius in Pheacenſiũ di/
uite domo me uerbis adortando in Ciuitatem ipſam duxiſti: nunc item
per tuũ patrem obſecro ut uere mihi dicas ſi meā iam uado in patriā non
profecto me Ithacā ſed aliam adire terram exiſtimo: ac te potius per aſtu
tiam & riſum ut animũ decipias meũ hæc mihi dixiſſe. Quando inquit
Minerua in hac cōtinuo ſententia mentis es ac te prudentē/ ingenioſum:
ſolertemꝗ alioquin miſerum uideo deſerere nullo modo poſſum. Profe
cto uir alius ex errore ueniens libenter coniugem liberoſꝗ uidere cupit.
Tibi autem nondum utile hoc ſcire aut audire/ priuſq̄ tuam deprændas
uxorem/ac uideas quemadmodũ hæc domi meſta ſedet:ac dies nocteſꝗ

lacrymans in erumnis corrũpitur. Tibi tamẽ hoc perſuade ac ſcias quod redibis tandem/ſed amiſſis ſociis omnibus: præterea non te certare uelim cum Neptuno patruo meo qui tibi eſt iratus quod filiũ eius excecaueris Sed age iã ut plane confidas tibi terrã Ithacæ monſtrabo. Hic Phorcynis ſenis marini eſt portus in cuius capite olea oblonga exiſtit propeq; ipſũ antrum amenũ obſcurum ſacrũ Nymdhis quæ Noiades uocantur. Hæc enim ſpelunca lata & alta eſt ubi tu Nymphis plures facies hecatombas: Hic quoq; mons eſt Neritus ſilua ueſtitus. Sic loquens dea in auras eua nuit terraq; mota eſt. Vlyxes uero terra patria fertiliq; gauiſus eam ſtatim eſt exoſculatus/ac manus attollens Nymphas præcatur. Nymphæ Naiades Iouis filiæ nunq̃ ego uos adſpicere putabam/ nũc autem his uotis placabilibus gaudete. Poſtmodũ dona uti antea dabimus ſi Minerua libẽs &me uiuere ſinat/ & filiũ meũ adauxerit. Cui Minerua Bono ſis ani mo inquit & has mitte futuroꝝ curas/nũc opes ut tibi ſaluæ ſint in antri receſſu ponamus. His dictis dea in ſpecu obſcurũ ingreſſa latebrã ueſtigabat. Ac Vlyxes propius oĩa ferebat aurũ æs incorruptũ/ ueſtes laboratas quæ cũcta ꝓbe locauit: ſaxũq; forib9 obduxit Minerua. Deinde ambo ad oleæ radices cõſidẽtes de morte ꝓcoꝝ inter ſe egerũt. Vlyxe inquit Minerua cogita quẽadmodũ ꝓcis manus inicias/q iã triẽnio in tuis ædibus dñantur tuã cupiẽtes uxorẽ etiã dãdo dotẽ ducere/at illa reditũ continuo tuũ expectare ſe dicens eos uana ſpe nutrit/cuilibet nũtios mittẽs/ac mens eius alia uoluit. Cui Vlyxes heu ꝑfecto inqt Agamẽnonis exitiũ me domi ſubiturũ uideo niſi tu dea ſingula adpoſite mihi referas. Sed & te conſulo quonã modo eos plectã/penes me ipſe conſiſte/mentẽq; & audaciam qualem quũ Troiæ euertimus menia/ſi deniq; mihi adſis Minerua cũ Trecentis ego hominibus certauero. Ego quidẽ adero inqt Minerua nec me deſiderabis/ qum hæc curæ ſunt nobis: ſperoq; huiuſcemodi procoꝝ menſam qui tuã rem edũt ſanguine cerebroq; me fedaturã. Interea te omnibus mortalibus ignotũ reddã/corpus enim hoc tuum formoſum ſiccum in membris flexibilibus conſtituam/ſlauas item ex capite comas perdam teq; ueſte induam linea/ut qui uiderint habentem orreant: oculos deniq; pulchros antea ſedabo ut plane oĩbus Procis & uxori & filio quem domi reliquiſti turpis adſpectu uidearis. Igit̃ primum ſubulcum cõueni qui tuoꝝ eſt porcoꝝ cuſtos alioqn tui amantiſſimus tuũq; filiũ & uxorẽ diligit: offẽdes eum ſuib9 adſiſtentẽ q̃ paſcunt̃ iuxta Coracis ſaxũ/ac fontẽ Aretuſam glandẽ edentes dulcẽ & nigrã potantes aquã

Neritus mons.

quæ res copioſũ ſuibus abdomẽ ſuggerũt. Hic tu mane/cũctaq; adſiſtẽs pcũtare. Ego uero Spartã obiter ibo tuũ filiũ Telemachũ uocatũ q Lace/dæmoniã ad Menelaũ eſt profectus ueſtigatũ ex tuæ gloriæ fama ſicubi eſſes. Cui Vlyxes Nõ oĩa inqt quæ mẽte tenes ꝓculdubio dixiſti/an ille errãdo labores uſq̃ patiat: eius certe ſuſtãtiã alii abſumũt. At illa ne tibi ſit is curæ ait/ego nãq; ipm ad famã ſibi bonã compandã eo deduxi: ſed & ſine anguſtia ulla eſt: libenſq; in Atridæ cõſidet ædibus ubi res ſuppe/tunt. Proci aũt iuuenes cũ naui profecti in inſidiis collocati ſunt ut eum priuſq̃ in patriã reuertat interficiãt: ſed hoc euẽturũ minime puto/ quin potius aliquẽ ꝓcoꝝ terra retinebit: ſic locuta baculo ꝓtinus eũ pͤſſit: cor/puſq; formoſũ cũ mẽbris arridũ reddidit/ flauas ex capite comas pdidit: circaq; cutem ueluti ſenis antiqui per oĩa mẽbra effecit/ oculos antea pul/chros inhoneſtauit: ueſtẽ deniq; ipſam lacerã & tunicã fedã fumoq; inqui natã induit: ſupra quoq; cerui pellem addidit præterea tenue baculũ uilẽ perã undiq; lacerã & gladiũ cõtortũ ferebat. Ambo deĩde poſtq̃ iter ſe cõ ſultauere diuiſi ſũt. Minerua qdẽ Lacedæmoniã ad Vlyxis filiũ ẽ ꝓfecta.

Libri Decimiquarti Argumentum. O.

V Lyxes in agro apud Eumæũ ſubulcum diuertit & uaria quædam collocutio Vlyxis aduentus ad eundẽ/ ſermoneſq; fiunt ſe ipſum diſſimulantis & geſta quædam narrantis.

V Lyxes igit ex portu uiã locũq; nemoroſũ p iuga montiũ ingredit qua pte Minerua ſubulcũ eſſe pdixit qui ſeruis p̃erat domeſticis quos Vlyxes poſſidebat. Hũc in dom9 ueſtibulo repperit ubi ara i ſepto ædificata loco ſublimis magna & rotũda erat/ quã ſubulcus ipſe abſente dño ſine hera & laerte politis ex lapidib9 extraxerat/ ac mundã planãq; reddiderat: extrinſecus uero palis denſis circumclatrauit. Intra uero ſtabula Duodecim fecit inter ſe ꝓpinqua ſuibus cubilia: in quolibet ue/ro ſues quinquaginta cubitãtes feminæ ac fetæ: mares aũt longe paucio/res quos proci cõtinuo edentes diminuebãt: quũ ſemp eis melior ex omni grege delectus a ſubulco pmitteretur. Nã Centum & ſexaginta erant. Præterea canes quattuor feris ſimiles inuigilabãt: quos ſubulcus nutrie/bat. Ipe autem pedibus calceos aptauit ex pelle bubula ualde colorata exciſa. Tres alii ſerui cũ ſuibus paſcendis huc illuc per agros abierãt: quæ

tum uero in Ciuitatē miſit ſuem neceſſario Procis ferentem ut ſacrifican/
tes carnibus appetitū explorent. Canes interea ubi Vlyxem uiderūt con
feſtim baubantes cucurrerūt: Vlyxes uero aſtu conſtitit/ ac ingenti adfe
cto moleſtia iuxta ſuū ſtabulū/baculū de manu excidit. Verū ſubulcus
ueloci paſſu ad ſtabulū irruit/ ac elapſa de manu ſcutica canes increpādo
frequentibus ſaxis aliū alio fugauit. Ad Vlyxemq; uerſus O ſenex inqt
paulominus quin te canes diſcerpſerint: mihi ꝓpterea ſuſpitionis notā
inflixiſſes quū alia mala mihi dederint di: ſedeo nāq; meſtus ac lugēs do
minū meū: aliis paſco ſues: at ille indigus cibi/apud hoīes/populoſq; alie
nos errat: ſi tñ uiuit ac ueſcitur ſolis luce. Sed iam ſequere ſenex ſubeamꝰ
tegetem ut ipe poſtq̄ cibo potuq; expletus fueris dicas cuias es/aut quos
ſuſtines labores. Sic dicens Eumæus procedens: eum in ſedē introduxit:
denſaq; humi uirgulta fudit: ſilueſtris quoq; capræ pellē ingentē atq; cra
ſſam ſtrauit. Vlyxes uero ubi ſe exceptū uidit/ualde gauiſus atq; eū com
pellans ait/ Iuppiter diq; alii tibi dent hoſpes quicqd optas qui me tam
prompto aīo exceperis. Quin inqt ille uel ſi te peior ueniat nō fas eſt hoſ
pitē contēnere. Nā ꝓpe Iouem ſunt oēs & hoſpites & paupes: munus enī
nr̄m gratū eſt qdēq̄q̄ paruū / qđ famulorꝝ ſit offitiū timide ſemp agere:
p̄ſertim quū Heri iuuenes dominant̄. Nā illius reditū di retinēt qui me
magnope amabat: poſſeſſionēq; dedit ueluti ſeruo ſuo lubens/ domū in
ſup & portionē & uxorē multis deſideratā: deus aūt ut illi negotiū auxit:
ſic itē hic mihi. Quāobrē me multis iuuaſſet dn̄s ſi apud Ithacā conſenuiſ
ſet ſed periit. O utinā Helenæ genus potius eſſet extinctum quæ multis
eripuit uitā hoībus. Etenī ille Agamēnonis honoris gratia Iliū eſt profe
ctus ut Troianis bellū inferret. Hæc ubi dixit baltheo tunicā coercēs cō
feſtim ad ſtabulū cōtendit ubi porcorꝝ fœtus clauſerat. Hinc duos tulit:
amboſq; ſacrauit/in p̄tes diuidit/uerubus deinde figens aſſauit: omniaq;
ipſi cū uerubus tulit Vlyxi/ qbus farinā inſerſit albā: caliciq; dulce fudit
merum. Ipſe contra ſedens eum adortando adloquitur. Ede nūc hoſpes
famulorꝝ tm̄ fœtus porcorꝝ ſunt: at proci neq; fas neq; miſericordiā aīo
colentes pingues edūt ſues. Nō enī impia facta di amāt: ſed penas exigūt
debitas ac mortaliū res nefandas puniūt. Sunt enī nōnulli iniuſti qdē ac
crudeles/q in alienas diſcurrūt terras: ſed hi profecto poſtq̄ Ioue cōcedē
te prædā ſūt adſecuti/ac ſemel ſatū/ naues cōſcendūt/domū qlibet reditu/
rus/p̄terea aliquo diuinorꝝ metu/ac relligione tenentur/aut numinis ali/
cuius uoci obtemperant. At dn̄i mei miſeranda ſors eſt qđ cōtra ius faſq;

Proci uxorem eius petũt/neq̃ ad propria redire uolunt: ſed illius rem lu
xurioſe deuorant/nulla temperantia/aut perſimonia in dies ac noctes ſin
gulas non uno tantum ſacrificio/aut duabus ouibus ſunt contenti:mul
tum preterea uini ac plus æquo axauriunt. Illi namq̃ opes maximæ fue/
re/neq̃ heroum ulli tantundẽ ſiue incontinenti / ſiue apud Ithacã habitã
ti:nõ deniq̃ Viginti ſimul hominibus tantus eſt cenſus/quæ breuiter ti
bi numerabo/Duodecim incõtinenti greges ouiũ/totidem uero porcorũ:
caprarũ totidem paſcũtur. Hoſpiteſq̃ & ibi bubulci homines. Hic & oui
lia læta undecim:extrema in parte a bonis cuſtodiuntur uiris:quorũ qui
libet ouẽ ex optimis cottidie procis defert. At ego has cuſtodio/ ſeruoq̃
ſues:quarũ item meliorẽ ac lectiſſimã eiſdẽ mitto. His ab Eumæo dictis
Vlyxes carnes ad poſitas merumq̃ ſubito potauit:exitiũ procis meditãs.
Poſtq̃ uero cœnauit/animuſq̃ cibo exhilaratus/ ſcyphũ quo biberat ple
num Eumæo dedit uehemẽter ex hoc gaudenti/illũq̃ compellãs ait. Dic
queſo amice quis eſt is tã diues atq̃ potens qui te tuis emptũ poſſeſſioni
bus præfecerit? Dicis aũt ipm Agamẽnonis honoris gratia periiſſe. Dic
præterea ſi forte nouerim hũc talem aut uiderim (nã Iuppiter aliiq̃ tantũ
di hoc ſciũt(nuntiem ne? qm̃ multa obiui loca. O ſenex inquit Eumæus
nullus profecto uir qui peregre redierit/ hoc nũtiauerit/ neq̃ item uxori
aut filio perſuaſerit:ſed cibũ quærentes facile mentiunt̃/ueraq̃ dicere no
lunt/quicũq̃ enim erro mendicus ad populũ Ithacẽſem & heræ meæ ua/
na deripiendo loquat̃ facile auditur/illaq̃ libẽter eũ excipit:ſigna exqui
rit/lacrymas fundit ut fas eſt de coniuge qui alibi periit. Tuq̃ hoſpes ex
emplum huius rei tibi fingito. Siquis tibi lænã tunicamq̃ dederit hunc
poſtea canes/aueſq̃ diſcerpturi ſunt/ita ut pereat: ſiue in mari piſces edãt
& ipſius oſſa multa inuoluta arena incontinenti iaceant/ ſed hic periens
amicis omnibus dolorẽ reliquit:mihi maxime/neq̃ eni tam æquũ benig/
nũq̃ herũ adibo quocũq̃ uadã nõ ſi rurſus in domũ patris mei/aut ma/
tris redeam ubi prius ſum natus atq̃ educatus. Neq̃ hos tantum lugeo:
aut oculis in patria uidere cupio/ſed me Vlyxis deſiderium tenet: quem
ego hoſpes nõ præſentem nominare uereor: me namq̃ ſupra omnis dili
gebat/& animo amplectebatur: ſed & illũ diuinũ uoco/uel procul exiſtẽ
tem. Vlyxes ad hæc amice inquit qñ illũ negaſti uenturũ nec ꝓpterea ul
la tibi ſpes unq̃:ego tibi de illo nõ fruſtra ſed iureiurãdo adfirmabo/quẽ
admodũ Vlyxes ueniet:boni quidẽ nuntii præmiũ mihi debet̃: qd ego
quanq̃ egens nullo pacto recipe uolo:priuſq̃ ille peregre domũ redierit.

Nota. Hoſtis enim nobis eſt æque ac ianua Ditis
Is qui pauperie loquitur non uera coactus.
Igitur Iuppiter deorum princeps: tuque hoſpitalis menſa ac Vlyxis domus quam peto ſcitote quemadmodum nunc uera loquor. Vlyxes hoc anno huc ueniet. In fine autem menſis domũ reuertens eum qui & uxorem & filium leſerit omnino puniet. Eumæus uero ad hæc O ſenex inquit Nõ profecto huius tibi nuntii præmiũ dabo: neque Vlyxes domum redibit. Verum nunc alacriter bibe/alia poſtea inter nos memorabimus: nequeo ſiccis oculis hæc reminiſci/ad illius namque memoriã omnem animus in pectore continuo meret. Sed iam iuramentum ſinamus: ueniet Vlyxes ut & ego & Penelope & Telemachus optamus/me uero pueri illius miſeret/quem di ramo ſimilem generoſo educauere: dixerimque ego illũ inter homines/eius patre nec ingenio/neu forma inferiorem futurũ. Verũ ipſius mentem neſcio quis ſiue deorum ſiue hominũ eripuit quod Pylũ profectus ſit/ſciſcitatũ de patris fama/at Proci ſolertes domũ reuerſuro inſidiãtur ut Arreſiæ progenies penitus ex Ithaca ſine nomine intereat. Sed iam illum ſiue errauerit ſiue fugerit/dimittamus: manu protegat altiſſimus Iuppiter. Te tantũ nunc rogo tuos mihi labores referas: mihique uerum dicas/Cuias es? ex quo hominũ genere? quæ tibi patria? qui parentes? in qua uenisti naue? quomodo te nautæ Ithacam adduxere? qui nã ſeſe eſſe gloriantur? Non enim te tuis huc pedibus aduenisse puto. Vlyxes uero ait. Tibi profecto uera dicam omnia. Si fuerit nobis ad tempus longũ cibus/uinũque dulce/intra tabernaculũ quiete in epulis exiſtẽtibus alii uero ad opus cõuertantur: uix deinde in annũ meos referens labores quos deorum uoluntate ſuſtinui tibi abſoluerem. E creta enim meũ genus iacto diuitis uiri filius: plures item alii filii fuere patri ex coniuge. Me autem Onete mater peperit pellex: uerum æque ac alios Caſtor Hylacis filius honorabat: huius ego ſum genus/qui tunc inter Cretenſes uti deus in populo ob diuitias & filios inluſtres colebatur. Hunc demũ parcæ excedentem ad inferos tulere: liberi uero patrimoniũ ſortibus diuiſere mihi pauca dederunt. Vxorem duxi ex gente locuplete ac nobili ob meam uirtutem quod non ignauus/aut bellorum fugax inuenirer: nũc ſane me omnia deſtituerũt: dolorque plurimus occupauit/quod te probe conicere arbitror. Mihi namque Mars & Minerua audaciam uireſque dedere: quãdo ad inſidias aliquas aut congreſſus hoſtiũ delectus eſſem fortibus uiris mortem intentaui: nec ullius animus ferox mihi prius inuadẽdo necem

Inferre potuit : quin ipſe longe prior inſultans haſta irruebam quando
pedum curſu incitarer. Talis igitur in bello eram. Negotiū uero ac opus
aut utilitas domeſtica quæ nobiles nutrit filios mihi nunq̃ cordi ſed po
tius naues/bella/iacula/arcus/quæq; aliis orrida & exitialia uidentur ca/
ra & amica extitere. Hæc deus in animo mihi dedit : alius uero aliis gau/
det artibus. Priuſq̃ ad Troiam irent Achæi nouies uiris ac nauibus con
tra exteros præfui & mihi omnia ex his quæ tractaui feliciter contigerūt
Multa poſtea ſum adſecutus: ex quo domus eſt aucta ita ut inter Creten
ſes potens ac uenerabilis ſim factus. At ubi Iuppiter crudele iter ad Tro
iam iuſſit:quod multis uitam ademit/ tunc quoq; me ac Idomeneū cum
nauibus Ilium ire præcepit:neq; ullū detrectandi ſubterfugium:durum
namq; populi edictū fuerat. Hic igitur nouem Achæi decertauimus an/
nis/ Decimo Priami urbem euertimus cum nauibus domū diſceſſimus.
Deus uero Achæos diſperſit. At mihi miſero Iuppiter mala cogitauit.
Menſem enim tantū cum filiis & uxore ac poſſeſſionibus domi lætatus
ſum. Deinde ut cū nauibus ac ſotiis irem in Aegyptū meus me impulit
aius. Itaq; nouem coegi naues:populus frequens cōuenerat. Sex diebus
illi mecum in epulis fuere:ego uero ſacrificia multa dis optuli/ſotiiſq; ſi/
mul cibum paraui. Septima uero ex creta ſoluentes uento proſpero faci/
le quidem nauigauimus utpote ſcdm undas : nec ulla nauiū incomodū
aliquod paſſa eſt quin illas nobis incolumibus ac ſaluis uentus & guber
nator direxere. Die quinta in Aegyptū peruenimus/apudq; Aegypti flu
uiū nauibus conſtiti. Hic ego ſotios manere:ac naues ſeruare iuſſi:explo
ratores circa ueſtigatū miſi. Illi uero uiribus freti ad iniuriam & popula
tionem inſurrexere/ſtatimq; Aegypti agros amenos diripuere. Cōiuges
ac paruos natos abduxere:reliquos necauere. Fama igitur in urbem per/
lata ubi hæc illi acceperunt contra nos quūprimū illuxit irruerunt. Cam
pus omnis peditibus equitibuſq; ſimul ac triſti ferro completur. Iuppi/
ter fugam meis ſociis iniecit:nec ullus reſiſtere contra eſt auſus:ubiq; ma
la apparebant. Hic multi ex noſtris ferro interempti : nōnulli uero capti
& ad opera coacti fuere:Mihi autem Iuppiter hanc in animū deliberatio
nem induxit:atq; utinā potius in Aegypto periiſſem & alioꝝ fatum ſub
iiſſem. Statim ego e capite galeam poſui: ſcutū ex humeris exui: haſtam
e manu proieci:obuius regio equitatui proceſſi/genuaq; amplectens ex/
oſculatus ſum. Ille autē me miſerans protinus ſeruauit/ ac flentem in cur
ru collocās domū duxit/nam quod magnopere iratus eſſet multi haſtas

mihi intentantes necem inferre parati erant: niſi eos Iuppiter proibuiſſet Iouis namq; iram ueritus eſt qui maxime facta improba ulciſcitur. Hic demũ Annis ſeptem manſi: multamq; ex hominibus Aegyptiis aggeſſi pecuniã munifice mihi præbitam. Ac ubi octauus uenit annus tũc Troctes homo Phœnix & ad decipiendũ aptus unde mala hoibus multa inflixit ſua mihi arte pſuaſit ut in Phœniciã ubi ipſius domus & ſuſtantia erat proficiſceremur. Hic igit᷑ uſq; totũ pmanſi annũ. Verũ diebus ac mẽſibus elapſis in Aphricã me ille naui adduxit mẽdacia cõmentãs ut eius onus ferrẽ. Ibi me tandẽ poſtq̃ ſiſteret prætiũ uẽdẽdo capet. Hũc itaq; credulus ego neceſſariũq; putãs ſum ſecutus. Nauis aũt borea uẽto ſecũdo uſq; ad mediũ cretæ pontũ cucurrit/ ubi uero Cretã reliquimus neq; ulla amplius terra/ ſed maria undiq; & undiq; cœlũ apparuere tũc Iuppiter in gentẽ ſupra nauim imiſit nubẽ: exqua pontus tenebris obductus eſt: intonuitq; ac nauim fulmie pcuſſit: quæ tota quaſſa/ ac ſulphure referta eſt oẽs in mari cecidere ac more cornicũ circa nauẽ undis ferebant᷑: deus enĩ reditũ apſtulerat. Ac mihi Iuppiter q̃q̃ anxio aĩo malũ nauis imenſũ ut exitiũ uitarẽ manibus porrexit. Hoc igit᷑ innixus undis fatalib9 ferebar. Nouem diebus ſic delatus ſum. Decima uero unda rotãs nocte turbida Theſprotoꝝ terræ me proximũ reddidit. Hic Theſprotoꝝ rex mihi parcẽs me inemptũ tulit: cuius filius obuiã ueniẽs frigore ac labore adflictũ manu ſuſtentãdo domũ deduxit: ubi me læna induẽs operuit. Hic igitur ego de Vlyxe ſciſcitatus ſum. Ille uero in patriã redeuntẽ hoſpitio ſe recepiſſe dixit/ mihiq; opes oſtẽdit/ quas Vlyxes cõgeſſit æs aurũ ferrũ: tot in eius domo pcioſa ſunt. Illũ pterea Dodonã iuiſſe ait Iouis reſponſum in quercu auditũ/ ut longo tpe abſens quomodo domũ apte ne uel clam redire debeat. Mihi pterea iurauit in ædibus libãs nauẽ cũ ſotiis illi paraſſe qui eũ in patriã ducerẽt: ſed me prius miſit nactus Theſprotoꝝ hoĩm nauem Dulichiũ uenientẽ. Hoꝝ duci Acaſto ſum cõmendatus. Ab his igitur proditus fui ut dolore penitus cumularer. Nã in me prauo conſilio cõiurantes ubi procul a terra nauis in altũ deducta eſt me læna ac tunica ſpoliatũ lacerã ueſtẽ aliã tunicãq; turpẽ induerũt: quas nũc oculis ipſe cernis. Sero aũt Ithacã poſtmodũ adplicuere. Hic me demũ apud nauẽ uinclo flexibili firmiſſime uinxerũt. Ipſi uero e naui in littore deſcẽdẽtes cœnauere. Me interea di ipſi e uinculis facile ſoluerũt: ego autẽ ſtatim capiti lacerã ueſtẽ obuoluẽs per temonẽ in mari pectore tenus deſcendi: deinde paulatim utraq; manu natãdo in orã littoris e regione illoꝝ perueni: deſ-

tendenſq; ubi floridæ ſiluæ receſſus erat humi proſtratus iacui. Illi uero ubi rem cognouerũt auxii eucurrerunt. Verũ nõ ex re fore uiſum eis ulterius tendere/quãobrem nauem rurſus cõſcendentes abierũt. Benignitate igitur deorũ clam euaſi qui me occultauere/ac uiri prudentis ſtationi propinquũ reddidere. Itaq; adhuc me uiuere fato cõceſſum. Eumæus ad hec Ah miſer hoſpes ait mihi namq; animũ magnopere turbaſti dum ſingula refers quæ paſſus fueris aut quantũ erraueris. Verũ quæ de Vlyxe dicis neq; recte te loqui exiſtimo: neq; mihi pſuadebis: qd eni mihi opus te talem exiſtentem mentiri. Ego ipſe mei heri reditũ dis omnibus inuiſum eſſe probe noui quoniam illum cum Troianis uel in amicorũ manibus nõ perimerunt: quod bellum prudenter adminiſtrauerit. Quamobrem Achæi omnes ei tumulum feciſſent: eiuſq; filio magnam gloriam exoptaſſent: nũc illum miſerum Arpyie diſcerpunt. At ego Porcorũ præpoſitus curæ urbem non peto niſi forte Penelope ire cogat ſi quando aliunde nuntius ueniret: tunc enim adſtantes ſingulos interrogant. Hi quidẽ triſtes ob illius abſentiam/alii lætantes qd illius impune ſuſtantiã edant At mihi minime gratũ ueſtigare/aut percõctari ex illo quo me uir Actolus uerbo decepit: quem ob hominem interfectum multum telluris obeuntem/ac meam domum petentem libenter excepi. Is mihi rettulit Vlyxes inter Cretenſes apud Idomeneum naues aptantem tempeſtatibus fractas ſe uidiſſe & demũ ad æſtatem uel autunnũ cum ſotiis multas ſecum ferentem opes uenturum. Sed tu ſenex miſerabilis quando te mihi deus optulit ne meam gratiam mendaciis ſimiliter quære: neu fingendo uana placare ſtudeas. Non ego te propterea uerear magis aut amabo: ſed Iouem metuẽs hoſpitalem te excepi: ac ſum miſeratus. Cui Vlyxes tibi profecto ait animũ minime aptum perſuaderi incredulumq; uideo: quẽ uel iurando ad creddẽum non inducerem aut cogerem: ſed deinceps formula pactumq; inter nos fuerit: teſteſq; di adſint ſi Herus tuus in hanc domum ueniat me læna tunicaq; indues: ac Dulichium quo maxime cupio mittes: ſi uero non uenerit famulos tuos iubebis me præcipitem ex alto ſaxo dare ut alius pauper in futurum decipere caueat. Huic Eumæus reſpondẽs Hoſpes inquit ſic mea gloria uirtuſq; nunc & impoſterum apud homies ſit inluſtris ut plures in hoc tugurio hoſpitio exceptos donis in ſuper hoſpitalibus honoraui: plures item interfeci. Ioui deinde animo prompto ſupplicaui. Sed nũc cœnæ tempus/intus adſint e ueſtigio ſotii ut dulces attingamus epulas. Sic igitur inter ſe loquebantur: propius au

Arpyiæ diſcerpunt.

ſtem ſubulci cum ſuibus uenientes eas de more ad dormiendum coegerūt
grūnituſq; propterea immenſus porcorum in aram ſe recipientium exci/
tatus eſt. Ac Eumæus ad ſocios uerſus ducite ait porcum ex grege opti/
mum/ ut Hoſpiti huic procul uenienti ſacrificium offeramus. Deinde
nos etiam recreemur/ qui continuo cura cuſtodiendi gregis laboramus:
alii uero laborem noſtrum impune ſibi edunt. Sic dicens ferro ligna con
ſcidit. Illi confeſtim ſuem pinguem ac quinquennem attulere/igniq; ad/
motum ſupra eſcharam conſtituere: neq; Eumæus Deorum eſt oblitus
quū mente bona ſit uſus. Idem ſuilli capitis ante omnia ſetas igni ut pri/
mitias urit: deoſq; omnis præcatur ut Vlyxes domum reuertatur. Suem
deinde tenens querna ſchiza percuſſit: quam ueniens reliquit: ſus proti/
nus extincta eſt: extinctam uero illi iugulant ac diſtendunt. Eumæus au
tem crudam per membrorum partes incidit eaſq; farinam inſpergens ig/
ni admouit: Alia uero minutatim diſpartierunt/ ac uerubus figentes dili
genter aſſauere/omnia poſtremo auferētes in repoſitoriis denſata poſue/
re. Eumæus deinde prudens animo in ſenas diuiſit partes. Vnam quidē
Nymphis & Mercurio uota faciens dedit/ cæteras uero accumbentiū cui
libet diuiſit. Ac Vlyxem lumbo ſuillo honorauit: animūq; heri magno
pere extulit. Quod Vlyxes conſpiciens Eumæe inquit Ioui ſis æque ac
mihi carus/ qui me talem exiſtentem his bonis & honoribus dignum fa
cis. At ille hoſpes inquit ede & gaude his qualibuſcunq;. Deus autē hoc
quidem dabit/ hoc uero dimittet quod animo lubebit ſuo: poteſt namq;
omnia. Dixit ac primitias dis ſacrificauit libans rubrum uinum in Vly/
xis qui prope ſedebat poſuit manibus Cererem caniſtris expediit Archi
triclinius quam hero abſente Eumæus ipſe ſeparatim ſine hera & Laerte
ſene ſibi comparauerat/de ſuo ex Taphiis emendo. Igitur paratis epulis
illi manus admouerunt. Poſtq̄ uero edendi/ ac bibendi compræſſa libi/
do eſt/ Cererem quidem Meſaulius apſtulit. Illi uero cibo potuq; ſaturi
ſe cubitum receperūt: nox ſuperuenit obſcura ac turbida Iouis imber to/
ta nocte deſcendit. Zephyrus quoq; ingens & aquoſus continuo flabat
Vlyxes autem quum animaduerteret Eumæum eius curam maxime hā/
bentem: tentans ſiquo modo lænam ab ſe exutam ei traderet/ aut aliquem
ſotiorum ad id exigendum impelleret ad eos cōuerſus ait. Eumæe uoſq;
alii ſotii audite obſecro. Ego rogaturus aliquid nunc loquar. Vinū enim
inuitat blandum/ quod uel longe prudentem ad loquendum & leniter ri
dendum inſuper ſaltandum impellit: & demum ad uerbum enuntiandū

Nota Lumbi ſuilli preſtantia.

quod archanum eſſe præſtaret deducit. Sed quando garrulus ſemel eſſe cepi non diſſimulabo. Vtinam uigeret ætas: roburq; mihi eſſet firmũ ſicuti quando ſub Troia inſidias parauimus. Duces erant Vlyxes & Menelaus/quibus ego ipſorum iuſſu dux Tertius adceſſi. Verum quando ad urbem ipſam uenimus nos quidem circa menia inter denſa uirgulta: calamoſq; paluſtres & limum ſub armis iacuimus: nos turbulenta & glacialis boreæ flatus ſucceſſit. Nix quoq; ueluti pruina frigida fuit. Scutis cryſtallus inherens conſpiciebatur. Hic alii omnes lænas tunicaſq; habebant ac humeros more ſcutorum obuoluti dormiebãt. Ego uero lænam ueniẽs ſociis reliqui/ſtulte quidem/ quod frigus minime cogitarem: ſed tantum ſcutum & nitidum habens cingulum ſecutus ſum. Verum circa extremam noctis partem aſtris iam pene diſcedentibus: Vlyxem proxime iacentem cubito excitans adloquor. Vlyxe Laertiade iam ego inter uiuos non amplius ero/ hyems me magnopere adfligit: non habeo lænam ſum tantum tunicatus inſtigante deo nunc uero nullum remedium. Sic ego: at ille mentem in pectore recepit eam quam æque in conſulendo & bella gerendo retinuit ac ſubmiſſa reſpondens uoce ait. Tace nunc ne qs Achæorũ alius te audiat: poſt hec cubito innixus ad ſocios inquit. Audite amantiſſimi Diuus me ſonnus petens procul ait a nauibus ualde uenimus: ſed quis Atriden ſciſcitatum ibit: ſi nos/ uti ſint plures/ ad naues iubeat adcedere. Sic ait/ Statimq; Thoas Andræmonis filius Læna purpurea ab ſe reiecta ad naues properat: ego uero illius ueſte ſalubriter iacui/ aurora mox apparuit. Igitur o nunc uires: roburq; mihi ualidum eſſet/ daretq; ſubulcorum aliquis. Hic lænam tam amore q̃ reuerentia boni uiri: nũc me ſpernunt malas habentem ueſtes. Cui Eumæus O ſenex inquit egregia tibi hæc laus quam narraſti: nihil profecto nõ recte & ex uſu dixiſti: quamobrem ueſtem quidem nõ deſiderabis/ neq; item aliud eorum quæ ſupplici ac miſero neceſſaria ſunt. Verum nunc cras ue tantum mane tuis te laceris amicies. Non enim hic plures lænæ aut mutatoriæ ſunt tunicæ ſed ſingula tantũ ſingulis: quando uero Vlyxis ueniet filius ipſe & lænam & tunicam dabit: teq; quocunq; ſibi placuerit mittet. Sic dicens proſiliit: eiq; cubile iuxta ignem poſuit edinis ouiniſq; pellibus ſuſtrauit. Hic itaq; Vlyxes recubuit læna pingui ac molli ſuper iniecta: quæ ei uices contra ſeuam Hyemem ſi quando oriretur præbebat: iuxtaq; eum iuniores: nec ſubulco uiſum ibidem cum porcis cubare/ ſed exiens ſeſe armis adcingebat: ex quo Vlyxes magnope gaudebat/ quod

Quid uinũ cogit.

eius ille rationem ſeparatim iacens haberet . Igitur Eumæus abiens acu/
tum humeris enſem q̃primnm aptauit / deinde lænam craſſam uento ar
cendo idoneam/deinde ex ædinis pellibus ueſtem/ acutum poſtremo ia
culum contra canes ac homines propugnaculum . Vbi deniq; porci erãt
contendit/ac ſub caua petra a boreæ flatibus tutus dormiuit.

Libri Decimiquinti Argumentum. P.

Elemacho Minerua in ſonnis adſiſtens eum Ithacam redire hor/
t ratur:qui a Menelao dona accipiens mittitur:& iam nauem aſcen
ſurus Theodymenum uatem quendã Argæum ob cedem fugien
tem excepit. Et Eumæus Vlyxi narrat quemadmodum Phœnices ipſum
capientes ex inſula Syriæ Laerti uendiderũt. Telemachus poſt hæc Itha
cam adpulſus nauem in urbem mittit:ipſe ad Eumæum in agrum con/
tendit.

Inerua Lacedæmoniam ad Vlyxis magnanimum fi/
lium contendens eum ad reditum hortatur : quem ſi
mul cũ Neſtoris filio in ueſtibulo domus dormien/
m tem offendit. Neſtoridem quidem altum ſopitũ: Te
lemachũ uero nequaq̃ dulcis habebat ſonnus per no
ctem: ſed curæ patris excruciabant : prope igitur ad/
ſtans ſic eum adloquitur. Telemache non amplius a
domo diutius errabis tuam relinquendo rem:uiroſq; in ædibus tuis alie
nos:ne omnia tua inter ſe diuidentes edant:tuq; propterea fruſtra iter ten
taueris. Verum confeſtim Menelaum ad te dimittendum impelle ut ma/
trem optimam repperias:iam enim & pater & fratres eius iubent Euryma
cho nubat. Is enim cunctos Procos & donis ſuperat & dotalibus iuuan/
do inſtat ne te uiuente ex domo patrimoniũ ferat . Noſti enim qualis in
femineo pectore mens eſt. Illius cui nupſerit uult domum iuuare ac dita
re nec priorum filiorum aut uiri defuncti : qui nullam prius habuit aliã
uxorem non amplius meminit:aut de illo requirit. Sed ipſe ueniens uni

ex ancillis / quæ tibi optima uideatur cuncta cōmitte donec di coniugiū tibi honeſtum tribuant. Aliud item tibi dico/tuq; conditum mente tene to. Procorum fortiſſimi in Sami & Ithacæ porthmo in inſidiis conſiſtūt te interficere cupientes priuſquam patriam redeundo attingas: quanquā aliter euenturū puto: quin potius ex illis aliquē tellus ante retinebit. Sed iam tu naue longe ab inſulis abſiſte nocteq; ſimul nauiga: nam ille deorum / qui te cuſtodit/ ac malis eripuit uentum poſt te ſecundum mittet. Poſtquam uero primum Ithacæ littus attigeris nauem quidem & omnis ſocios in Ciuitatem mitte. Ipſe ad Eumæum ſubulcum qui porcos curat tuiq; amantiſſimus eſt proficiſcere. Hic tu noctem morare. Illum uero in urbem ad Penelopen nuntium de te mitte quod ſaluus ſis & ex Pylo incolumis redieris. Sic dicens ſublimis in cœlum abiit. Telemachus uero confeſtim Neſtoridem e ſonno excitauit propius iacentem pede admonens ac dicens. Surge Piſiſtrate: equos currui iunge ut propere iter expediamus. At ille Telemache inquit Non eſt quod per noctem obſcuram nos feſtinare oporteat/cito enim dies aduenietinterim dona feret currui oportuna Menelaus/ ac blandis nos uerbis adloquendo remittet. Hoſpes namq; uiri hoſpitio excipientis qui caritatem preſeferat perpetuo reminiſci debet. Sic ait/ſtatimq; aurora apparuit & Menelaus e ſtratis Helenæ ſurgens illis adfuit. Hunc ubi Telemachus agnouit tunicam ſubito uarietate pictam induit: pharumq; ingens humeris aptauit/ac foras prodiens Menelae inquit Iam me in patriam queſo remitte / quum domū redeundi cupido ſubeat. Telemache inquit Menelaus non ego te longius hic morabor redire cupientem.

Egre utrumq; feram ſi me nimis hoſpes amabit: Nota de hoſpitibus.
Oderit aut nimis: at medium ſeruantia laudo.
Nam ſemel exceptum ut nolentem impellere: durum
Sic retinere malum fuerit properare uolentem.

Oportet igitur & hoſpitem præſentem amare: & uolentem dimittere. Sed & ego dona obiter feram currui oportuna admodum pulchra: quæ oculis uideas. Dicamq; Ancillis cœnam parent ex rerum quæ intus adſunt copia. Nam & honeſtum & utile poſt Cœnam quantumuis telluris obire. Si uero cupis per Græciam & Argos medium conuerti: Ego met ſequar: equoſq; iungam ac per urbes populoſq; ducā: nec ullus uos fruſtra / aut indonatos dimittet: quin aliquid ferre dabit/ aut tripodem æneum/ aut lebetem/ſiue mulos/ ſeu aureum calicem. Ad hæc Telema/

chus Atride inquit decreui iam ad propria redire (Non enim tetro uen/
tum proſperum ueniens in meis poſſeſſionibus reliqui) : ne patrem in/
quirens ipſe peream ſiue res domi optima pereat. Vbi Menelaus hoc au
diit ſtatim uxori & famulis cœnam in ædibus ex rerum copia quæ intus
eſſet parari iuſſit. Eteoneus Boethois filius poſtmodum ſtratis exſurgẽs
quod non procul ab eo cubitaret in medio conſtitit: quem Menelaus ig
nem accẽdere/ ac carnes aſſare iuſſit. Ipſe uero in thalamum ornatum nõ
ſolus deſcendit:ſed cum eo ſimul Helena & Megapenthes filius:ubi præ
tioſa erat condita ſuppellex Menelaus pataram cepit. Megapenthen ue/
ro craterem ferre argenteum iuſſit. Helena arcam petiit. Hic pepli erant ua
rii quos ipſa laborauerat:ex his unum deligens ferebat:qui uarietate pul
cherrimus & maximus erat moreq; ſideris fulgens ac ultimus aliorum ia
cebat. Primi igitur per ædis ibant Telemachum uerſus:quem ita Mene/
laus adfatur. Reditum Telemache uti uideo tota optas mente/ hunc uti/
nam Iuppiter ſecundet/ munera nũc tibi ex meo theſauro quæ domi ſũt
dabo. Pateram argenteam totam arte laboratam : cui latera ex auro redi/
mita Vulcani opus quod rex Sidoniorum mihi dedit apud eum diuer/
tenti. His dictis pateram in manibus ei tradidit. Megapenthes uero Cra
terem argenteum ferens ante ipſum poſuit. Helena quoq; adſtãs cum pe
plo in manu:ſic eum compellendo adloquitur.

Helenæ donum Telemacho.

Accipe & hec manuum fili monumenta mearum
Que tribuas nuptæ uenienti munera primum
Ipſe tuæ:interea mater tibi condita ſeruet
Nunc uero in patriam iucundam lætus abibis.

Sic dicens peplum ei in manibus poſuit. Ille gaudẽs accepit. Quæ om/
nia Piſiſtratus capiens ac animo mirans adſpexit : in peramq; condidit.
Hos deinde Menelaus domum reduxit ubi poſtmodum in thoris adcu
buere: miniſter Guturnium cum aureo Opiſtodocho ſupra lebetem ar/
genteum lauandi gratia protulit:iuxta menſam politam:cererem pudica
proma ciboſq; multos ex copia præſentium gratificans adpoſuit. Eteo/
neus carnes diuidebat in partes diſtribuens. Megapẽthes uero uinum
fundebat: paratis deinde epulis manus iniecere : edendi demum atq; bi/
bendi ſedata cupiditate Telemachus ac Piſiſtratus equos currui iunxe/
re : e ueſtibuloq; domus ac porticu impulere. Poſt hos uenit Menelaus
manu dextra:uini pateram tenens ut libantes irent:adſtans ante currum
ſic placidus ait. Saluete Iuuenes Neſtori hæc dicite quẽadmodũ ipſe

mihi pater æqus donec apud Troiam Achæi bellum geſſimus fuit. Cui
Telemachus: profecto inquit quæcūq; mandas/ illi redeūtes referemus.
Sed & ipſe ſi Ithacam rediero/ narrabo quemadmodū apſte exceptus om
ni humanitate ac donis plurimis inſuper donatus diſceſſerim. Sic itaq;
dicenti auis dextera Aquila aduolauit album & ingentem & ex corte do/
meſtica raptum unguibus ferens anſerem: uiri autem ac feminæ claman
tes inſequebantur. Ille uero dexter prope ipſos ueniens irruit ante equos
uidētibus itaq; cunctis animus exhilaratus: inter quos Piſiſtratus ſic ait.
Cogita Menelae optime ſi nobis an tibi hoc portentū apparuerit. Sic ait
At Menelaus mente uerſabat quonam modo recte ex ſententia reſponde
ret: quū Helena præueniens ſic ait. Audite obſecro: ego namq; ut di meū
admouent animū & ut futurum exiſtimo uaticinabor. Sicut hec Aquila
anſerem domi nutritū ex monte ueniens ubi eius eſt genus ac parens: ſic
Vlyxes multa patiens mala multaq; oberrans: domū tandem redibit ac
Procos puniet/ ſed & iam exitium mente illis omnibus deſtinauit. Tele/
machus uero Sic nunc Iuppiter inquit Iunonis coniux faciat: cuius rei
gratia libenter illic ipſi deo uota nuncupauerim. Dixit ac equos flagello
uerberauit: Illi per urbem ilicet in campū ruētes ac die toto ſub iugo per/
ſeuerantes laborauere. Sole deinde occidēte ac tenebris uias occupātibus
Pheras peruenerunt & in domū Dioclei Orſilochi filii Alpheo geniti di
uertētes hic dormierūt: ac muneribus ſunt hoſpitalibus honorati. Quū
primū uero illuxit equos ſimiliter currui iunxere: deinde e ueſtibulo &
porticu eductos flagello impulere. Illi alacres euolauere; ſtatimq; ubi Py
lum attigerunt Telemachus Piſiſtratum adloquitur. Serua queſo Neſto
ride quod es pollicitus. Ambo eni inter nos hoſpites ſumus ex parentū
amore: ætateq; pares. Hæc etiam uia nos magis in concordia iunxit. Ne
me longe a naui ducas in urbem ſed hic relinque: ne me ſenex inuitū do
mi ſuæ retineat mei cupidus: nam me opus cito redire. Sic ait: at Piſiſtra
to cogitanti quomodo promiſſis probe maneret ſic melior ſententia uiſa
equos ad nauem & littus conuertit. In puppi autem munera poſuit ueſtē
aurumq; quæ Menelaus dedit: atq; illum exhortans adfatur. Certatim
nunc nauim aſcende: iubeq; idem ſocios facere priuſq̄ ego domum eam
ſeniq; nunciem. Noui enim probe qualis illius ſit animus uehemens nō
te profecto dimittet: ſed ipſe uocans ultro huc deducet: neq; te puto ua/
cuum redire pateretur: ualde namq; iraſceretur. Sic dicens equos impu/
lit urbem Pylicriſium uerſus: domumq; uenit. Telemachus uero ſocios

adortando ait. Aptate arma ſocii in naui: ipſi quoq; conſcendamus ut cito iter expediamus. Illi uero dicto auſcultauere. In nauimq; conſcendentes tranſtris conſederunt. Hæc igitur dum Telemachus curabat ac Mineruæ in puppi ſacrificabat proxime uir quidam acceſſit longe fugiens

Theoclimenus ex genere Melãpodis q prius Pylon incoluit.

ex argo ob uiri cedem. Vates inſuper ex genere Melampodis qui prius Pylon incoluit diues / tũc in alios populos patriam fugiebat ac Neleum magnanimum qui multas ei opes in totum annum ui apſtulit. Hic interea in ædibus Phylaci duris in uinculis tenebatur / erumnas patiens ob Nelei filiam & grauis incomodi quod ei furia miſit in mentem. Verum Neleus fatum uitauit: ac boues mugientes ex Phylace Pylum adduxit. Ac hic aliorum petiit populũ & Argos ubi felix ei habitatio fuit multis imperandis Argæis. Hic igitur uxorem duxit: domũ ſuperbam ædificauit:

Antiphates Mantius. Oicles. Amphiara9 Alcmæõ & Amphilochus. Polyphidis & Cletus. Theoclymenus.

genuitq; Antiphatẽ & Mantiũ. Antiphates uero Oiclea. Is Amphiaraum quem Iuppiter & Apollo præter modũ omni ſtudio dilexere: nec ille ad ſenectutem peruenit ſed Thebis muliebrium donoꝝ cauſa periit. Huius itaq; filii Alcmæon & Amphilochus. Mantius uero Polyphideũ & Cletũ ſuſcepit. Cletum Aurora poſtmodum rapiens ob formã ut inter deos eſſet effecit. Polyphidea uero Apollo uatem fecit optimũ poſtq̃ Amphiaraus exceſſit: qui iratus patri apud Hypereſiam habitauit. Hic reſponſa cunctis mortalibus dedit. Huius deniq; filius Theoclymenus nomine ſuperuenit ac prope Telemachum in mari conſtitit: quem libantem præcantemq; offendit / atq; illũ compellans. Amice inquit quando te ſacrificantẽ in hoc loco cõueni obſecro te per ſacrificia & deũ: deinde tuũ ac ſocioꝝ te ſequentiũ caput dic mihi roganti uera neq; cela: cuias es: unde gentiũ: ubi tibi patria: aut parentes? Huic Telemachus / uera inq̃t profecto referã: ex Ithaca genus mihi: pater Vlyxes ſi qñ erat nũc exitio duro interiit / cuius rei gratia ſocios adſumẽs ac nauẽ ueni de patre diu abſente ueſtigatũ. Sic inquit Theoclymenus & ego hominem ciuem meũ interfeci: multi eñi fratres & coætanei Ciues apud Argos (nam ualde Achæi pñt) quos ego fatũ mortemq; uitando fugio quando mihi ſors per hoĩes errare. Oro igit' ſupplicem me tua in naui excipe ne interficiant: eos nãq; me inſequi exiſtimo. Non te inquit Telemachus inuitũ profecto a naui repellam: me ſequere: ac his qualia habemus hic contentus eris. Sic dicens ferream prendit haſtam & apud nauis malum extendens conſcendit ac in puppi ſedẽs: iuxta ſe Theoclymenũ locauit. Orã deinde ſocii ſoluerunt / ac iubente Telemacho arma expedierunt: malũ in curuo nauis me

diæ loco erexere:rudētibus deinde adligauere: uela deniq; alba bubulis loris traxere:quibus Minerua proſperū retro uētum leuiter per aera flan tē ſpirauit:ut nauis celeriter ponti uias pageret. Interea ſol occidit/ uiæq; tenebris obductæ. Inde Phæras uento Iouis impulſa præteriit: deinde Elidem ubi Epei dominantur. Poſtmodū ueloces appellatas inſulas per/ tranſiit periculoſas admodum urgens atq; concitans ſiquo modo fatum effugiat. Dum hæc apud Telemachū agūtur: Vlyxes ſimul & Eumæus in tabernaculo cœnabant/penes quos etiam alii uiri diſcumbētes. Poſtq̄ uero potus cibiq; libido abſceſſit Vlyxes Eumæū tentare cupiens ſi for/ te illum diligat/ac remanere iubeat ibidem:an in Vrbem ire cogat ſic ait. Eumæe uoſq; alii ſotii aduertite: quumprimū illuxerit ego in urbem cu/ pio cōtendere mendicaturus quidē/ ne tibi ac ſotiis hic ſim moleſtus: ſed rogo me inſtrue/ mihiq; ducē præbe bonū qui me in Vrbē deducat. Ego uero met deinde neceſſaria per Ciuitatē queritādo curabo/ ſiquis Cotylē aut quadrā porrigat/quin domū uſq; Vlyxis petam ut Penelope de ipſo nunciū afferam:inter Procoſq; uerſabor ſi forte tot cibo⁊ millibus abun dantes mihi cœnā ꝑbeant. Ego enī inter eos quæcūq; uoluerint bene tra/ ctabo: tibiq; adfirmo q̄d credere potes ut opa quidē Mercuri qui omni/ bus mortaliū factis gratiā præbet nullus hominū mecū agēdo certabit: ſi opus aut ignē accendere:ligna ſcindere/ cibos ſiue diſtribuere/ſiue co/ quere/aut etiā uina fundere/ ac demū quæcunq; apud honeſtos & mag/ nos uiros agunt inferiores. Hūc Eumæus increpās excepit. Heu hoſpes cur tibi hæc inſedit menti ſententia:profecto cupis illic omnino perire:ſi uis in Proco⁊ ſotietate uerſari:quo⁊ faſtidia contumeliæ & iniuriæ cœ/ lum ferreū penetrarent. Nō enim tales illo⁊ ſunt miniſtri/atq; tu/uerum iuuenes lænas tunicaſq; pulchre induti/crinibus denſis compti/ore for/ moſi/præterea mēſæ cibis ornatæ carnibus ac uino refertæ. Hic uero nul lus:non ego nō ſotio⁊ aliquis qui mecū ſunt ob te præſentē grauamur. Sed quumprimū Vlyxis filius uenerit/lænam & tunicā præbebit:dedu/ cetq; quo tu omnino exoptas. Ad hæc Vlyxes Sic Eumæe inq̄t Ioui atq; mihi ſis carus qui me graui errore ac miſeria leuaſti: nihil enim peius er/ ratione:ſed & uentris eſurientis gratia malas uiri curas habent ſi quis for te dolore aut incomodo cogitur. Nunc uero q̄n me retinuiſti/ac manere iuſſiſti queſo q̄d de m̄re Vlyxis q̄d de patre quē iam ſenē diſcedēs reliqui ſi uiuūt ac auras adſpiciunt/an interierūt/apudq; inferos ſunt. Vera inq̄t Eumæus tibi referā hoſpes: Laertes q̄dē uiuit Iouēq; obſecrat aīam domi

Nota Vly/ xis patiētiā

Nota. Mer curius ope ri & nego/ tio præeſt.

membris exſolui / maxime uero mors cariſſimæ uxoris ei reddidit ſene-
ctutem quæ ob dolorem amiſſi filii Vlyxis flebili exitio interiit. Heu ne
pereat quicunq; mihi carus eſt in hac regione ac grata facit. Hæc enim dũ
uixit q̃uis meſtiſſima mihi cordi erat de filio Vlyxe interrogare/ quoniã
me ſimul cum Ctimene nutriit quã natorũ ultimã ſuſceperat pauloq; mi-
nus illa honorauit. Poſtq̃ uero ad pubertatẽ ambo peruenimus hanc cũ
Same inſula dederunt: milliaq; contulerunt. Me uero læna & tunica pul
chriſq; ueſtibus/ item calceis donans atq; ornans agro præfecit/ ac præter
ceteros amauit. Nunc autẽ horũ indigeo: ac negotiũ mihi auxerũt dii: cui
inſiſto: quod ex his quæ mihi ad uſum uictus erãt uerecundis & egenti
bus tribui. Ex hera uero nihil dulce audire eſt: neq; factum/ neq; uerbũ
quod malum domi uideat uiros procerños/ famulæ quoq; heræ aduerſa
ac parum placitura dicere aut ſingula percuntari ſtudent/ præterea edere:
& bibere: deinde rus ire & alia quæcunq; ipſarũ animũ oblectent magno
pere cupiunt. Cui Vlyxes: heu inquit quam puerulus exiſtens Eumæe
ualde a patria procul ac parentibus erraſti: ſed hoc mihi uere dic: ſi Ciui-
tas quã tui parentes incoluerunt euerſa fuerit/ an te potius iniqui homi-
nes ab ouibus & bubus ſolum abductũ in nauibus tulere ad huius uiri
domũ/ illeq; te emerit. Ad hæc Eumæus quoniam ait me rogas hoſpes
ac percuntaris/ quiete nunc audi/ ſede/ gaude/ bibe: noctes enim immen-
ſæ ſunt licet & dormire/ licet & audire lætantes: non enim te opus priuſq̃
hora ueniat dormire. Multus namq; ſonnus triſtitiã adducit. Aliorũ ue-
ro ſiquis uoluerit hinc exiens cubitũ eat: cras quumprimũ illuxerit eden
do ſimul ſuos ſequatur. Nos uero in tabernaculo nũc edentes & biben-
tes collætemur triſtia memorando nã in luctibus recenſendis uir quoq;
lætari ſolet qui multa ſit paſſus ac multũ telluris obiuerit. Igitur q̃d me
interrogas dicam. Inſula quædã Syria nomine ſi forte tuas peruenit ad
aures ſub ortygia ubi ſunt ſolis conuerſiones non tã magna q̃ bona qui
dem bubus/ ouibuſq; nutriendis uini ac frumenti ferax: hic fames nunq̃
aut alius morbus ingreditur/ ſed quando mortales conſenuerunt Apol-
lo ſimul cum Diana Ciuitates peragrans ſuas eos ſagiptis interfecit. Hic
duæ ſunt urbes/ oĩaq; inter ipſas bifariam diuiſa/ ambas uero pater meus
diuus Etefius Ormenides rexit. Huc inſup Phœnices homines nauibus
incliti & aſtuti mille ducẽtes in naui ludos uenerũt. Patri uxor fuit Phœ
niſſa genere/ forma quidem & proceritate corporis operũ quoq; nobiliũ
eruditione p̃ſtans. Hanc Phœnices uafri deceperunt / forte ex illis unus

Nota de ſonuo.

Syria inſula.

lauātem nactus iuxta nauem cōpreſſit quæ res molliores feminas quāq̄ operoſas animo euertunt. Is deinde quenam ſit aut unde ueniat interrogat. Illa ſtatim parētem prodiit. Sum inquit ex Sidone Aribantis filia uiri admodū locupletis. Verū me prædones Taphii ex agro uenientem iapuere/ac in domū uiri huius qui me emit abduxere. Ille uero Eia inquit ſequere nos ut rurſus domū parenteſq; uideas tuos: iam nobis patet quē admodū uiuūt: & diuites uocantur. Mulier uero: eſto inquit hoc ſi iuraré uelitis uos me ab omni incomodo immunem/domū reducturos. Sic ait: illi uti iuſſum iurauere. His geſtis mulier tacite inquit res agatur ne quis ueſtroꝝ ſocioꝝ quū in urbe fuerimus: nec apud uiā/neu apud fontem obuius mihi quicq̄ dicat ne forte aliquis ſeni ueniens domū renuntiet unde ille me arcta uinciat in cuſtodia: uobiſq; perniciem pariat: itaq; mēte retinete uerbum & quæ opus naui uiatica celeriter comparate. Vbi uero hæc rebus neceſſariis onerata fuerit ſtatim nuncius domū mihi ueniat/ego enim & aurū quodcunq; ad manus uenerit adferam & ſcalā nauticam præbebo. Filiū quoq; ex uiro optimo ſuſceptū nutrio domi frugi atq; callidulū/cum foras libenter excurrētem quem mecū ducam ut quocunq; in alienas gentes irruat/nobis prætioſoꝝ multū repperiat. Sic dicens in ædes pulchras ingreditur. Illi uero annū totū ibidem apud nos manentes uiaticū naui oportunū parauerunt: quibus conquiſitis: quum tempus eſſet diſcedendi uix repperiūt qui mulieri nunciet. Vir aūt ſagax ad domū patris mei adceſſit monile habens aureū: electris uariatū atq; ornatū qd̄ mater mea & famulæ conſpicientes ſubito manibus attrectauere/prætiūq; opculere. Ille uero tacite oculis innuit uti ueniret ad nauem. Hæc autem me manu trahens extra ſecū duxit/ in ueſtibulo quoq; egrediens pateram/menſaſq; conuiuarū offendit: qui patrem meū circumſiſtebant & ad contionē populiq; famā properauerant. Hic illa tria ſurripiens pocula & in ſinu clam abſcondens diſceſſit: ego uero per imprudentiam ſum ſecutus. Interea ſol occidit: umbræq; uias occupant. Nos uelociter euntes in celebrem peruenimus portum ubi Phœnicum nauis erat/ quā ubi ſoluimus/ atq; conſcendimus per humidas ponti uias ferebamur. Ventū Iuppiter imiſit ſecundū. Sex itaq; diebus atq; noctibus continuo nauigauimus. Septima uero ueniente die Diana mulierem iaculo feriit: quæ icta ſtatim ut anſer marinus in nauis ſentinā concidit: ac ſubito in mare Phocis ac piſcibus cibus eiecta eſt/ego autē meſtus animo ſum relictus. Illos deinde uentus & unda Ithacæ proximos reddidit. Hic me

Hodoeporiũ Itinerarium & epulum aduentitium.

Laertes de ſuo emit:ſic tandem ego tellurem oculis conſpexi. Vbi finem loquendi fecit Vlyxes Eumæe inquit animũ in pectore mihi nempe hæc narrando quæ paſſus es mala concitaſti. Verum malis his bonum Iuppiter addidit:quod poſt multos errores huc item uenio. Sic igitur inter eos collocuti non diu ſed paulum quieuere/ſtatimq; aurora apparuit. Interea Telemachi ſotii ad littus Ithacenſe adpulſi rudentes ſoluerunt/malum poſuere:nauẽ in portũ remis deduxere/cubilia ſuſtrauere/oram adligauere. Ipſi tandem ad littus deſcendentes cœnam parauere/ uinũ nigrũ fuderunt:mox ubi exſaturati fuere Telemachus inter eos loquitur. Vos nunc nauem ducite in urbem ego uero in agrũ ad bubulcos contendam Veſperi uidendo mea opera in Ciuitatem deſcendam:quũ uero illuxerit uobis Hodoeporiũ præſtabo : epulum optimũ carnibus & uino dulci. Cui Theoclymenus quo inquit ibo care fili: ædes ne alienas principum Ithacenſium aut tuam: matris ue tuæ domũ? Ego te quidẽ Telemachus ait noſtram domũ prorſus ire iuſſiſſem: nõ enim hic aliquid ex his quæ ad hoſpitium pertinẽt omnino deſideraſſes:ſed longe tibi peius incomodum eſſet:quod ipſe abſim: neq; item mater tibi uidebitur quod non ſepe Procis appareat/ſed in ſuperiore domus parte telam texit. Verum ego alium tibi uirum quem adeas monſtrabo Eurymachũ Polybi filium uirum clariſſimũ apud Ithacenſes:qui matrem meã iungi ſibi connubio ac Vlyxis loco & honori ſuccedere magnopere cupit. Sed hæc Iuppiter nouit ſi ante nuptias ſupremũ uiderit diem. Sic igitur dicẽti dextra Circus de genere aquilarũ uelox nuntius aduolauit pedibus columbam diſcerpens:alaſq; ad terram fundens/interq; nauem & Telemachũ media. Hũc Theoclymenus ſeparatim a ſotiis protinus uocãs/Telemache inquit nõ abſq; numine tibi nunc auis dextra uenit. Noui aũt ipſam probe ſciens augurium: ueſtro nempe genere nullum eſt in populo Ithacenſe magis regium/ ſed uos potentiores perpetuo. Telemachus utinam hoc hoſpes ait eueniat:noueris tu propterea & amorẽ & multa ex me dona/ut omnis te forte conſpiciens beatũ dixerit. Poſt hæc Piræum fidiſſimũ ſotium cõpellans Piræe inquit Clytide/ Tu quidem omniũ qui me Pylum ſunt ſecuti promptiſſimus mihi paruiſti. Nunc quoq; hoſpitem hunc in domũ duc tuam/ac diligenter cura donec ueniam. Ego inquit ille uel ſi longo tempore moraberis ducam/nec quicq̃ ad hoſpitem pertinens prætermittam. Sic dicẽs nauim aſcendit:ſotios item:deinde oram ſoluere iuſſit. Illi ſtatim ingreſſi tranſtris conſederunt. Telemachus pulchors pedibus cal

teos aptauit / haſtamq́ ualidam & ferro acutam ex media naui ſumpſit. Illi uti iuſſi fuere in urbem adnauigauerunt: at Telemachus propere ingrediens in ſtationem uenit ubi erãt Canes mille quos ſubulcus bonus ubi herum quem amabat conſpexit inclamauit.

Libri Decimiſexti Argumentum. Q.

V Eniente in agros Telemacho mittitur Eumæus in Ciuitatem heri aduentum nunciaturus. Interea Vlyxes ex Mineruæ ſententia Seſto filio manifeſtat: ac illi qui in inſidiis contra Telemachũ erant in urbem reuertunt.

V Lyxes interea ac Eumæus quũprimũ illuxit ignem ac cendentes prandium parauere: paſtoreſq́ cum porcis emiſerunt. Canes aũt Telemacho blandebantur neq́ propinquanti adlatrauere. Vlyxes uero ubi canes adulantes ſonituſq́ pedum audiit uerſus ad Eumæũ ait. Nempe aliquis tibi ſotius aut notus uenit / quod ſoni tũ audiam pedum caneſq́ minime latrãtes. Vix hæc dixerat quum filius eius in ueſtibulo apparuit. Ac Eumæus ſtupefactus (nam uaſa q̃ ubi us uinũ fundebat protinus e manibꝰ cecidere) ſtatim heto occurrit ſuo: eũmq́ ac caput & ambos oculos manus inſuper ambas exoſculatus eſt ac uberes effudit lacrymas. Sicut eni pater filium ſolum in ſenectute procreatũ cuius gratia multa fit paſſus incomoda: ex Apia terra poſt Annũ decimũ uenientem complectitur: ſic tunc Eumæus Telemachum innitendo ueluti ex morte reducẽ eſt amplexus ac ingemẽs ait. Veniſti ad dulcem Telemache lucem: nõ ego te profecto amplius uidere putabã poſtq̃ Pylum adnauigaſti. Sed iam ingredere care fili ut te adſpiciendo gaudeam añimo huc peregre uenientem. Nõ enim frequenter in agrum neq́ ad paſtores uenis: ſed libenter peregrinans ut peſtilentem Procoꝶ turbam euites. Ac Telemachus erit ita inquit. Nũc tui cauſa uenio ut & uideam & audiã ſi mea adhuc mater domi uiuit / an alii nupſit ulro. Vlyxis enim cubile malis plenũ araneis ob non inhabitantes iacet. Illa nãq́ ait Eumæus firmo in tuis ædibus manet animo quanq̃ dies atq́ noctes lacrymans erumnis corrumpitur. His dictis ferream corripit haſtam Telemachus ac in tabernaculum ingreditur. Venientem pater Vlyxes e loco ſurgens utrimq́ manibus retinuit: atq́ ait: ſede hoſpes: nos ali

bi aliam inueniemus in noſtra ſtatione ſellam. Iuxtaq; uir eſt qui nos cõ
ſtituet. Sic ait ac rurſus conſedit. Telemacho aũt Eumæus uirgulta fron
dentia ſimulq; pelles ſuſtrauit: ambobus uero carniũ aſſatarũ repoſitoria
quæ priori cœna ſuperfuere præbuit Cererem certatim caniſtris expedit
ac dulce merum in calice fudit. Ipſe demũ contra Vlyxem accubuit: para
tis itaq; epulis manus adiecare. Vbi autem expleti ſunt cibis & potiones
Telemachus Eumæo ſic ait. Dic ſodes unde tibi hoſpes hic uenit/quo/
modo nautæ Ithacam eum duxere/cuiates ſe dicunt eſſe/ non enim pedi
bus huc ueniſſe puto. Cui Eumæus Tibi fili uera referam: Ex Cretenſiũ
genere ſe eſſe adfirmat multaſq; hominũ urbes errabundũ abiiſſe / ut illi
deus fato ſtatuit. Nũc uero e Theſprotoꝝ hominũ naui fugiens ad meã
huc ſtationem adceſſit. Tibi autem polliceor: fac quomodo uis ſupplicẽ
tibi omnino hunc habebis. Hoc me uerbo Telemachus inquit profecto
adflixiſti: quonã modo hoſpitem domi recipiam? Ipſe iuuenis ſum nec/
dum manibus fido contra uirũ me defendere/ſiquis prior inuaſerit. Ma
tri autem meæ duplex in animo ſententia uoluitur: uel ibi apud me ma/
neat & domũ curet: lectum uiri: famamq; populi uerens: uel iam ſequat's
quem uiderit Achæoꝝ optimũ eius matrimoniũ cupientem/ ac plura tri
buentem. Sed hoſpitem hunc quando tuam petiit domũ/ læna & tunica
pulchriſq; ueſtibus induã: enſemq; ancipitẽ ac pedibus calceos donabo:
mittãq; quocunq; ipſe uoluerit. Si tñ tu uis: hic cum cura in cõtubernio
retinens: ego ueſtẽ ei cibumq; omnem ne tibi ſociiſq; ſit moleſtus mittã.
Illuc enim ad Procos ego nunq̃ uenire ſinerem/ ne quod proterui faſto/
ſiq; ſunt: eum probris contumeliiſq; inceſſerẽt: mihi propterea grauis ad
cedat dolor. Reſiſtere autem contra plures uni quamuis optimo duriſſi
mum: quod illi ſint potentiores. Hunc adloquens Vlyxes Amice inquit
quando & mihi quoq; ſimul colloqui & reſpondere fas eſt meũ profecto
animũ pupugit audiẽdo hæc quæ de Procis dicitis. quod domi inſolen/
ter agant te inuito tali exiſtẽte. Dic queſo uolens ne uinceris: an te popu/
lus ſequẽs dei ſortem inſectatur/an forte fratribus iratus es tuis: quibus
pugnantibus uir confidere ſolet ſi qua magna oriatur contentio. Vtinã
ego iuuenis eſſem uiribus ſicuti Vlyxis filius uel ipſe ex peregrinatione
rediens (nam ſpes adhuc eſt aliqua) ſtatim meũ caput uir abſcinderet alie
nus niſi ego ueniens ad Vlyxis domũ: exitio cunctis eſſem. Si tamen ſo
lum exiſtentem me uinceret multitudo: malim in meis ceſus ædibus mo
ri q̃ hæc dedecora ac facta indigna conſpicere: hoſpites agitando/ ac uer/

berando:famulas turpiter per ædes regias uiolando:inſuper uinū exau/
riendo & frumentū omne abſumendo. Ego tibi hoſpes inquit Telema/
chus uera dicā nec mihi populus infeſtus neq; de fratribus quæror. Sic
enim Iuppiter noſtrū genus ad unitatē reduxit Laertem ſolum Arteſius
genuit. Is uero ſolum Vlyxem/qui me item ſolū ſuſcipiens reliquit: nec Vlyxis ge/
ex me ſolatio ſumpto educationis laborem penſauit. In cuius item domo nus ad uni
mille peruerſi ſunt homines. Quot enim optimates in Inſulis Dulichio tatē liberoꝝ
Same Zacyntho ſeu apud Ithacam dominantur/ tot uiri meam in matri redactū.
monīū petunt matrem/ domū quoq; uexant/ac uaſtant. Illa nuptias q̄q̄
infenſas non recuſat/ nec tamen finem rei facit. Illi obiter meam edendo
edunt domū/ex quo me cum illa celeriter perdent. Sed hæc profecto in
deoꝝ uotis ac uoluntate conſiſtunt. Tu uero Eumæe ad Penelopen adce
de/referq; illi quemadmodū ſaluus ex urbe Pylo rediis nuntiabis autē ſo
li: ne quis Achæoꝝ audiat: multi nāq; mihi mala machinant̄. Eumæus
Noui hæc probe inquit: intelligenti mandas ſed dic mihi/ uia ne eadem
nuntius Laerti infelici uadam? qui donec Vlyxes abfuit maxime anxius
opus domi unacum famulis facit/ alioquin bibit/ editq; quando cupit.
Nunc uero ex quo tu cū naui Pylum abiiſti nō amplius illum ediſſe aut
bibiſſe neq; item rem familiarem curaſſe dicūt: ſed anxietate/ ac luctu me
ſtus ſedet: corpuſq; ad oſſa uſq; tabefacit. Ad hæc Telemachus dolendū Nota.
ſane ait: attamē illū mittamus/ quū ſic hominibus cuncta quo uelint ani
mo ſponte ſuſcipiēdi poteſtas: ſi ulla nobis cura/ primū de patris reditu
ſumenda. Tu uero propera nō quidem errādo per agros ad Laertem ſed
ad matrē prius/ quæ poſtq̄ de me audiuerit famulā promā mittere clam
maturet ei nuntiatum meū aduentum. Dixit ac Eumæū impulit. Ille ſu/
bito aptatis pedibus calceis Ciuitatem petiit. Mineruam uero minime la
tuit eius diſceſſus ſed hæc forma pulchræ mulieri/ operūq; nobiliū ſcien
ti adſimilata foris iuxta ſtationem Vlyxi apparens ſubſtitit: cui Telema
chus quod non nouerit minime obuiam proceſſit. Non enim omnibus
di manifeſti apparēt ſed Vlyxi tantū canibuſq; nota qui minime adlatra/
uere ſed alio uagitu quodam per ſtabulum expauere. Hæc igitur ſuperci
lio tantum innuit. Nouit Vlyxes/inde ſtatim extra aulæ murū prodiens
aduerſus conſtitit: cui ſic illa Vlyxe inquit tempus iam: adloquere filiū:
neq; celabis/ ut mortem Procis ambo ſtruentes ad urbem uſq; contenda
tis: ego uero non diu poſt uos adero certamen impellens. Dixit & Vly/
xem aureo præſſit baculo. Primū namq; nitidum pharum: tunicamq; cir

ea pectus poſuit:corpus in pubertatē reſtitutū atro colore/ maxillæ pro/
tenſæ/ac crines cerulei circa barbam apparuere. Hæc quidē ut factura rur
ſus aliquid protinus abſceſſit. At Vlyxes in stationē rediit: filius aūt ad/
mirans ſtupenſq; cogitabat an deus eſſet: ita illum compellans adloquit
Alius nunc hoſpes atq; prius mihi uideris/ alias item ueſtes habes:cor/
puſq; abſimile. Certe deorū aliquis es: ſis æqua nobis parceq; ut grata ti
bi ſacra dona ue auri uariata feramus. Huic Vlyxes : Nullus ſum inquit
deus quid me īmortalibus comparas ſed pater tuus: cuius gratia tu labo
res paras multos uim hominū ſuſtinens. Sic dicens filium eſt oſculatus:
lacrymas tunc in terram fundens quas antea retinebat. Telemachus uero
patrem eſſe ſibi minime perſuadens . Non es ait profecto Vlyxes meus:
ſed potius me deus deludit ut magis lugēdo ſim anxius : nullatenus enī
uir mortalis hæc proprio ſtrueret ingenio/ niſi deus aliquis ipſum facile
iuuenem ſimul & ſenem reddat. Nempe tu nuper ſenex eras ac lacera tur
piq; ueſte amictus:nūc dis ſimilis uideris. Telemache inquit Vlyxes nō
te admirari oportet/neq; enim ueniet huc Vlyxes : ſed ego ille qui multa
paſſus poſt Annū decimū in patriam uenio. Hoc opus tātum Mineruæ
quæ me talem fecit qualem ſibi placuit:poteſt namq; quandoq; pauperis
quādoq; itē iuueni ornatis ueſtibus amicto ſimilem reddere. Facile nāq;
dis hominē extollere ac rurſus eundem deicere. His dictis ſedit: Telema/
chus uero circa patrem effuſus ingemebat uberibus lacrymis: utriq; dul
cis exorta cupiditas luctus. Flebant enī quærulis modis uehemētiuſq; q̄

Aegyptius Aquilæ genus.

Fulicæ ſiue Aegypdi aues incuruis unguibus/qbus agricolæ filios e ni/
do apſtulere ut aduolatui educarent: & profecto ſic lugentes quærentes
ue ſol occidens uidiſſet niſi Telemachus patrē cōpellando dixiſſet : qua
mi pater te rate nautæ duxerūt/cuiates ſe eſſe dicūt/ nō te huc pedibus ue
niſſe arbitror. Vera inquit Vlyxes tibi nate loquar . Pheacenſes naucleri
me huc deduxere: qui & aliis quoq; itineri deducendis ſiquando ad eos
perueniūt ſunt auxilio:ac me dormientem in naui apud Ithacam poſue/
re:dona inſuper pulcherrima æris:auriq; ſatis dederunt:ueſtem quoq; la
boratā quæ omnia clam in ſpeluncis deorum uoluntate condiderunt. Nūc
uero huc adceſſi ex Mineruæ præceptis ut de peruerſorum hominū cede cō
filiū ineamus. Sed agedū mihi Procos recenſe ut uideam quot & qui uiri
ſunt:nam ego animo uerſor ſi nos ambo tantū ſine aliis occurrere poſſi/
mus an neceſſe ſit alios quærere. Cui Telemachus O pater inquit profe
cto tuam ſemp magnā audiui famā quemadmodū & manibus es fortis &

& conſilio prudens:uerũ nunc rem magnã ſtupendamq; dixiſti. Nã ui/
ros duos contra tot fortes pugnare difficile. Procoꝶ eni non una tãtum
Decas neq; Dux ſed plures cito eni hic numerũ uidebis. Ex Dulichio iu
uenes. Lii. delecti Sex ſtrenuos ſecũtur duces. E Samo. xxxiiii. item iuue
nes. Ex Zacyntho. xx. Achæi. Ex ipſa Ithaca. xii. & omnes quidẽ fortes:
cum quibus eſt Medon præco & diuinus poeta/ Duoq; miniſtri tibi di/
uidendi & ordinandi ſcientes:cum quibus omnibus ſi in pugna congre
diamur uim eoꝶ nullo pacto ſuſtinebis/ſed potius tecum cogita ſiquem
poteris fortem adibere:qui nobis prompto animo ſit auxilio. Tecum re
putabis inquit Vlyxes ſi nobis Minerua cum Ioue adſit adiutorẽ ne aliũ
quæram? Boni profecto inquit Telemachus hi ſunt adiutores/ qui in al
tis habitantes cœli nubibus hominibus diſq; præſident. Non eni inquit
Vlyxes longo illi tpe pugnæ aderunt/poſtq̃ inter nos ac Procos in ædi/
bus noſtris cõmiſſa fuerit furore Martis. Sed tu quũprimũ illuxerit do/
mũ propera ac Procos adloquere. Me uero poſtea Eumæus ad urbẽ miſe
ro ac ſeni ſimilẽ ducet. Si eni me domi deſpicient tu animũ in pectore cõ
tine/ ac tolerato etiã ſi me pedibus foras extraxerint/ ſagiptiſq; petierint:
tu tantũ aſpiciens diſſimula & bonis uerbis adortare ut a ſtulticia deſiſtãt
qui minime tamen apſte perſuadebuntur: quum fatalis illis dies adſit.
Aliud item dicam tuq; mente cõditum teneto:quum Minerua in animũ
mihi induxerit adnuam tibi capite. Tu uero intelligens quæcunq; domi
arma iacent in penetralibus altioris thalami ſuſpendes ac collocabis:quã
do uero illi huius in rationẽ deſiderabũt dulcibus dic uerbis. Ex ſitu ru/
bigineq; arma ad ſerui locũ mutando quod nõ huiuſcemodi eſſent ſplen
doris atq; erant diſcedente ad Troiã Vlyxe ſed tantũ aduſta q̃tum ignis
uapore attingũtur. Prætera hoc mihi Iuppiter menti ſubicit ut nullate/
nus uinolenti inter uos pugnã ac uulnera cõmiſceatis/menſã epulaſq; ac
ſodalitatẽ uereminí: paratũ namq; ferrũ hominẽ trait atq; inuitat:tu tan/
tum nobis ſolis Duos enſes & totidem haſtas/ totidẽq; ex bubulis pelli/
bus ſcuta relinque:quæ inuadẽtes in manibus prompta ſumamus. Illos
deinde Minerua & Iuppiter attonitos & imbelles reddet. Aliud item tibi
dico:tuq; mente conditũ teneto:ſi uere filius ex meo ſanguine es: nullus
intus audiat Vlyxem eſſe: neq; ipſe Laertes neq; Eumæus ſubulcus neq;
familiarium ullus:non deniq; Penelope ipſa Tu namq; & ego feminarũ
probe nouimus impetũ:famulorũ etiã ingeniũ experimur. Quiſq; pro
fecto me honorat & animo quoq; ueret/ at qui nõ curat te quoq; deſpicit

talem exiſtentē.O pater inquit Telemachus meū profecto animū noſti:
nō eni me Calliphroſiriæ habent/ſed neq; hoc uſui futurū exiſtimo. Te
aūt cogitare hortor cuiuſlibet nāq; opa quādo ueneris experieris/eorum
qui in ædibus opes lacerant noſtras nec parcunt. Famulas item quæ te
contemnunt/quæ ue immites exiſtunt te uincire adhortor.Famulos ue/
ro ego nolim nos tentare: ſed poſt hæc curare ſi uere noſti Iouis prodi/
gium.Sic igitur inter eos loquebātur. Interim nauis quæ Telemachum
ex Pylo cum ſociis tulit Ithacam deducta eſt: qui ad portum adpulſi ra/
tē in terrā traxere/ armaq; miniſtri ſeduli apſtulere ac e ſentina dona pul/
chra extulerūt.Præconē imprimis domū pmiſere nunciatū Penelope quē
admodū Telemachus ex agro nauē iuſſit in urbē deduci: ne ſuſpicans ei
malū teneras ex ore lacrymas fūderet/ſed & forte Præco & Eumæus eiuſ/
dē nūtii gr̄a apud Penelopē cōuenere. Præco imprimis in medio famulo
rū ait/Regina tuus carus rediit filius. At Eumæus ppius adſtās Penelo/
pe retulit quæcūq; Telemachus ei iuſſerat. Vbi mādatū expoſuit ad por
tas abiit:ædes ac menia relinquēs.Interea Proci meſtitia adfecti & animo
merentes ſtatim ex ædibus iuxta aulæ murū exeūtes ibidem contra fores
conſederunt. Ad quos Eurymachus Polybi filius loqui cepit: O ſocii q̄
magnū opus & arduū Telemacho iter eſt abſolutū quod minime puta/
bamus:ſed agedum nauem quæ ſit optima expediamus: remigeſq; coga
mus ut uelociter illis nunciem domū redeant. Vix ea fatus erat/ quando
Amphinomus e loco ſurgens nauem intra portum uidit:ſocioſq; qui ab
inſidiis Telemachi redibāt uela contraentes & remos in manibus haben
tes.Ex quo lepide ſubridens inter Procos ait/nullum iam nuntium feſti
nemus mittere: iam ſocii nanem intra portū traxere:arma miniſtri ab eis
apſtulere:ipſi uero tantum nullo alio neq; iuuenū neq; ſenum comitan/
te in concionem ſimnl conuenerunt. Inter quos Antinous ſic ait. Heu
quomodo Telemachnm di ex noſtris eripuere inſidiis. Nos diebus in
ſummis montibus explorando conſiſtebamus uſq; ad ſolis occaſum:no
ctibns uero nunquā in terra dormiuimns / ſed in ponto nauigando diē
expectauimus ſiquo modo Telemachum per inſidias de medio tollere/
mus: at hunc domum deus incolumem reduxit. Reliqum eſt ut hic il/
li necem cogitemus aliqua nia ne nos ſubterfugiat.Ipſo namq; ſaluo nō
eſt qnod in his qnæ cepimus factis pſeueremus.Ipſe namq; animo pru/
dens noſtrum conſilinm nouit: populi qnoq; nō adhuc contra omnino
feruntur:ſed maturate priuſq̄ ille Achæos in concionem uocet/nō equi/

dem illum rem neglecturũ exiſtimo/quin potius reminiſcetur : ſurgéſq;
omnibus referet:quemadmodũ ei exitium parauerimus: nec tamen adſe
cuti:illi uero hæc audientes mala minime tolerabunt/ac impetum prop/
terea in nos faciant & ex noſtris nos pellant ſedibus : noſq; alienos pro/
fugi petamus populos.Quamobrẽ præueniamus uel in agro extra Ciui
tatem uel in ipſa uia perimere/eius deinde poſſeſſiones atq; ſuſtãtiam in/
ter nos diuidamus. Matri uero ipſius portionem propriam is dabit qui
eam coniugio ſibi iunget. Si autem hæc uobis ſententia diſpliceat: ueli/
tiſq; potius eum uiuere ac propterea ſibi habere omnia / ne opes illi quas
animum ſatis augent hic congregati edamus: ſed quilibet ab incepto de
ſiſtat & aliam q̃ Penelopen extra has ædis ſibi quærat uxorem:hæc uero Nota. Viri
illi nubat qui plura maioraq; tribuerit.Sic ait Amphinomꝰ uero cæteris ſponſæ mu
tacentibus ſurrexit: Is enim Procos ex Dulichio primum duxit & unus nera dabat.
omnium Penelope acceptus erat quod uerbis placabilibus menteq; utere
tur bona O ſotii inquit nequaq̃ ego Telemachum interficere uelim: gra
ue namq; progeniem extinguere regiam. Verum conſilia potius Deorũ
ſciſcitemur ſi magni Iouis ius faſq; hoc permiſerit:egomet illũ interimã:
alioſq; omnis obruam:ſi autem abnuerit deſiſtendum cenſeo.Huius igi
tur ſententia quum omnibus placeret/ ſtatim ſurgentes e conſilio domũ
Vlyxis petunt/ac ibidẽ in politis conſedere thronis. Penelope uero quũ
ex Medonte præcone conſilium de interficiendo Telemacho noſcente ac
cepiſſet filio inſidias a Procis parari cum ancillis per ædes ad eos proce/
ſſit:uictam ante genas elegantem retinens : iuxtaq; aulæ ſtationem pul/
cherrimam adſtans Antinoo innuit/aitq; Antinoe contumelioſe/ac ſcele
rum hortator: nam te in populo Ithacenſi inter ſocios & Procos dicũt &
conſilio & lingua præſtare non tamen talis es uiſus ignaue. Cur eni Te
lemacho mortem ac perniciem ſtruis: neq; ſupplices curas quibus Iuppi
ter eſt teſtis. Non fas inuicem mala infligere / An neſcis quod tuus huc
Pater uenit populum fugiens ualde iratum quod Taphios prædones
ſecutus Theſprotos / qui uobiſcum in amicitia ac federati erant inuaſit:
Quamobrem interficere te uolebant / ſuauiſſimumq; de corde tuo apſte
direpto cibum præparare : attamen Vlyxes eos quanq̃ auidos retinuit.
Huius tu nunc domũ perfide dedecoras atq; edendo abſumis. Vxorem
inſuper tibi quæris habere: ac filium interimere / meq; ipſam magnope/
re adflictam reddis. Verum quieſcere te iubeo / alioſq; item hortari. Ille
uero Penelope inquit metum apſte abice/ neq; hæc animo tuo meditare.

Non enim uir ullus eſt aut erit: qui Telemacho tuo me incolume/ ac terras adſpiciente manus iniciat. Sic itaq; tibi dico quod & omnino erit: ſic ſtatim ſanguis haſtã inficiat meam: ut mihi Vlyxes ſepe ſuis adibito genibus aſſatam carnem in manibus dedit/ uinumq; rubrum labris admouit meis. Iccirco Telemachus mihi omniũ uirorum cariſſimus eſt neq; ex uiris Procis eum mortem aliquo modo formidare iubeo/ at ex deo uitare non eſt. Sic ait fidens animi. Ipſe tamen Telemacho exitium ſtruebat. At Penelope in partem domus ſuperiorem aſcendit: flens uirum cariſſimum Vlyxem donec Minerua dulcem imiſit oculis ſonnum Interea Eumæus ſubulcus ueſperi ad Vlyxem & filium rediit qui in tabernaculo prandium parantes: ſuem imolabant armiculum. Inter hæc Minerua propius adſtitit/ baculoq; Vlyxem uerberans in ſenem uertit/ ueſtibuſq; eum triſtibus induit/ ne uidens Eumæus noſceret ac Penelope nunciatũ iret: menteq; excideret: ad quem Telemachus. Veniſti tandem inquit Eumæe: quæ fama eſt in urbe? an Proci ſuperbi ex inſidiis ſe domum receperunt? an adhuc domum redeuntem proibent? Non mihi Eumæus inquit iſtæc ueſtigare aut interrogare curæ fuit. Ita mihi ſuaſit animus ut nuntio expoſito ſtatim huc redirem: tantum contigit: ut ex ſotiis uelox mihi nuntius præco occurreret qui primus matri uerbũ nũtiauit. Aliud item dico & ipſe uidi: ſupra Ciuitatẽ ubi mons eſt Hermæus ibam quũ nauem conſpexi in noſtrum portum deſcendentem/ multoſq; prætea in ea uiros multis refertos ſcutis & haſtis: ex quo illos eſſe putaui: non tamen ſcio. Sic ait: at Telemachus ridens patrem reſpexit Eumæumq; miſeratus eſt qui poſtquam a labore quieuerunt epulis adcincti animũ explevere. Vbi uero edendi atq; potandi libido compræſſa eſt dormierũt: dulcis captantes munera ſonni.

Libri Decimiſeptimi Argumentum. R.

Euertens in urbem Telemachus matri Penelope peregrinationis capita narrat. Deinde Vlyxes ab Eumæo ductus Ithacam ex agro in Procoꝝ conuiuiū ingreditur / poetaq; narrat / quemadmodū canis dn̄m nouit. Eumæus in agrū reuertit᷑. Vlyxes uero inter ꝓcos remanet.

Bi aurora apparuit Telemachus formoſos pedibꝰ calceos aptauit: haſtamq; manibus corripit: & in urbem proficiſcens ſubulcum adloquitur ſuū. Eia nūc ego in urbē eo ut me mater adſpiciat / quā non puto unq̄ a luctu & lacrymis quieſcere / donec me uiderit. Tibi autē mādo ut hoſpitē miſerū in urbē ducas ut ibi uictū mē dicet: dabit ei quicunq; uoluerit quadrā & Cotylem. Ego uero dolore præſertim animi adfectus nō omnis homines tolerare poſſum: hoſpes enim hic ſiquidem iraſcatur ſibi malū penitendūq; facit: namq; me uera dicere iuuat. Cui Vlyxes amice inquit nō ego me retineri contendo: pauperi enī præſtat per Ciuitatē q̄ per agros uictū quæritare: dabitq; mihi quicūq; uoluerit. Nō profecto in tabernaculis ac uilis retineri cōtendo: talis nāq; ſum ut nutu cuius mādanti obtemperē. Sed abi: me nāq; hic quē iuſſiſti uir ducet: ſtatimq; calor æſtuſq; aduenerit: nam grauiter has malas fero ueſtes: uereorq; ne me qđ procul dicit᷑ eſſe Ciuitas littoralis ſtiba eūdo adfligat. Sic ait: Telemachus uero celeri pede e tabernaculo mala Procis minitās diſceſſit. Vbi aūt domū attigit haſta imprimis ſupra longā colūnam fixit. Ipſe uero ꝑ lapideū ſolū ingredit᷑: quē ꝓcul uenietē ubi Euryclea nutrix adſpexit ꝓtinus ornatos thoros puluillis ſternēs obuiā lacrymādo ꝓceſſit: circaq; aliæ famulæ frugi cōuenietes caput ei atq; humeros amplectabāt᷑. Penelope quoq; ex thalamo ꝓdiēs Dianæ aut aureæ Veneri ſilis cū lacrymis natū cōplexa: ingemēſq; ſic ait. Veniſti tādē Telemache lux mea dulcis / nō ego te amplius uiſurū me putabā poſtq̄ Pylū abiiſti: ſed narra q̄ſo quomō clam atq; me inuita ad pr̄is nuntiū ueſtigādū diſceſſeris. Ad hec Telemachus Mater inqt mea ne mihi durū fugiēti exitiū magis excita luctū / animūq; ī pectore cōmoue / ſed tu lota prius corꝑe ueſtes cape puras ac in ſupiorē domus thalamū aſcendēs uoue oībus dis ꝑfectas te facturā hecatōbas: ſi Iuppiter forte ꝑcibus rn̄dentia ꝑficiat. Ego uero in forū obiter ibo ut hoſpitē qui me inde uſq; ſecutus eſt uocē: Hūc ego cū meis ſotiis ꝑmiſi: ac Piræo mandaui illū ad

domũ uſq; ducenti ut donec uenirem curaret/ atq; honoraret diligenter. Vbi hæc audiit Penelope otius corpore lota mundas induit ueſtes:om/nibus uouit dis ſeſe perfectas facturã hecatombas ſi Iuppiter facta præ/cibus reſpondentia perfecerit. Telemachus deinde ex ædibus abiit haſtã habens quẽ canes comitantur euntẽ:imenſaq; Pallas gratia decorauit:populi uero prætereuntem admirabantur. Ad eum Proci frequentes conuenere/bonum oſtentantes animũ:malum uero in pectore retinentes. Ipſe deinde turbam aliquantulũ uitans:ubi Mentor & Antiphus & Alither/ſes erant ſeſe recepit. Hi ab initio paterni erant amici. Hic igitur conſedit illi ſingula interrogauere. Piræus inter hæc propius adcedens quum nõ longe ſequeretur:hoſpitem in forũ per Ciuitatem duxit: uerſuſq; ad Telemachũ ait. Iube famulas Telemache ad domũ properare meam ut do/na tibi mittam quæ Menelaus dedit. Cui Telemachus/ neſcimus inquit Piræe quomodo hæc erunt: aut quem ſortiãtur exitũ facta. Si enim Proci me clam per inſidias interficientes patrimoniũ meum omne inter ſe diſtribuerint/non te/ſed horũ aliquem uelim illis priuari. Si au ẽ ipſis ego Procis necem intulero tunc eadem tu mihi læto ad domũ uſq; lætus gaudenſq; feres. Sic dicens hoſpitem miſerũ domũ duxit: quam ubi attige/runt lænis quidem in thoris poſitis in balnea pergentes lauere: lotos uero famulæ oleo unxere:molles deinde lænas amicierũt. Mox ex lauacro prodeuntes thoris cõſederunt. Guturniũ miniſter cum aureo opiſtodocho ſupra argenteũ lebetem ad lauandas manus effudit:menſamq; iuxta politam parauit. Cererem uero ſedula proma/ ciboſq; multos ex præſenti copia adpoſuit. Mater uero contra in tenui lecto aduerſus ediũ ſtationem ſedebat:colum uertens. Epulis itaq; paratis illi manus iniecere: qui/bus mox exſaturatis Penelope ſic ait. Telemache ego quidẽ in ſuperiorẽ domus thalamũ aſcendens in lecto dormio qui meis continuo lacrymis ob dolorem eſt perfuſus:ex illo quo Vlyxes ſimul cum Atride in Ilii expeditionem diſceſſit. Rogo igitur priuſq̃ in hanc domũ Proci ueniant refer ſicubi locorũ de reditu patris audieris. Cui Telemachus tibi mater inquit uera narrabo/ Pylũ ac Neſtoẽr petiuimus. Illi autem nos excelſis in lectis excipiens diligenter curauit:ac ueluti pater filium peregre nup ue/nientem: ſic me ille unacum ſuis filiis excepit. De Vlyxe tamen nec uiuo neq; mortuo ex nullo mortalium unq̃ audiuit: ſed ad Menelaũ nos una cum equis & curribus miſit. Hic Helenã uidi cuius gratia Argæi ac Troiani deorum conſilio multa ſunt paſſi. Meq; deinde interrogauit/ quid

quærens Lacedæmoniam ueniſſem. Ego uero omnium ei ueritatem narraui. Vnde ille exclamans/O ignauos inquit homines qui in thoro uiri fortiſſimi cubare uolunt/ueluti cerua in ſiluæ receſſu in leonis cubili catulos nuper natos locans ipſa per ſaltus diſcurrit altas paſcendo ualles. At ille cubile repetens matri ac natis fatum adfert: ſic Vlyxes illis pernitiem tulerit. Vtinam Iuppiter pater & Minerua & Apollo talis eēt: qualis aliquando apud Leſbum cum Philomelide exurgens in certamine luctatus eſt/eumq́ ualde diſiecit: ex quo Achæi omnes lætati ſunt: talis in/quam exiſtens nunc cum procis in pugna congrederetur/omnes profecto ueloci morte perirent/amarumq́ thalamum ſentirēt. Hæc quæ interrogas & obſecras neq́ ego te celabo/neq́ alia præterea dicā q̄ quæ mihi ſenex dixerit Marinus Vlyxem enim rettulit in domo eſſe Calypſus ab eaq́ per uim retineri duros patientem labores: neq́ propterea in patriam redire poteſt quū nec naues/neq́ remiges/neu & ſocii qui illum reducant ſint ei pſto. His a Menelao narratis ego ſtatim hæc omnia obiturus abſceſſi: di proſperum dedere uētum/qui me in patriam deduxit. Telemachus igitur cum hæc narraſſet. Penelopes animus uehementer eſt cōmotus: tunc Theoclymenus ait/O coniux Vlyxis ueneranda. Is profecto non omnia manifeſto nouit: meam nunc accipe ſententiam/uera tibi omnino uaticinabor. Sciat ante oēs deos Iuppiter primum/menſaq́ hoſpitalis & domus Vlyxis quam petii: quemadmodum Vlyxes iam in patria ſiue quieſcens ſiue ingrediens hæc improba procorum facta audit/eiſq́ exitium meditatur ut ex augurio quod Telemacho apparuit ipſe tūc in naui ſedens deprēdi utinam inquit Penelope hoſpes hoc nobis eueniat ſtatim amorem in te meum/multaq́ ex me munera noſſes ut ſiquis forte intelligat te beatum dicat. Talibus igitur inter eos colloquebantur: pci interea ante Vlyxis domum diſcis ac ſagiptis inter ſe ſupra pulchrū pauimentum quod probris prius contaminauere ludebant: quando uero cœnandi tempus erat & oues ex agro uenerunt undiq́ ſquiq́ illas antea ducēbant: quiue ſequebātur. Tunc eis Medon qui unus inter præcones maxime illis acceptus erat: & in epulis adſtabat. Iuuenes inquit quando omnes ludis & certaminibus animum exhilaraſtis uenite ad epulas domum: nihilo enim ludis peius: dum eſt hora cœnam ſumere ſic ait: at illi ſurgentes ſtatim domum abiere: ubi lænas ante omnia ſupra thoros poſuere: deinde magnas oues capraſq́ ac ſues pingues imolantes epulis parauere Vlyxes obiter & Eumæus ſubulcus ex agro in urbem uenire ma/

Compatio

Vlyxes eo uenit:quem Autolycus & eius fili manibus:placidiſq; uerbis Vrbs.
conſalutauere. Auia quoq; materna Amphithea caput & ambos oculos
exoſculata eſt.Autolycus filiis continuo iuſſit cœnam parare:illi confe/
ſtim obtemperauere/ſtatimq; bouẽ marẽ quinquenneꝫ tergore diripuere
ac omnia exponentes minutatim probe inciderunt/uerubuſq; trementia
fixere:aſſata demum in partes diuiſere:poſtea uero.

Sol fere ad occaſum quum iam properaret in amplis
Tẽpus cœ/ næ ac ſõnii Aedibus accumbunt/animis nec copia rerum
Defuit:ac poſtq̃ oceani ſubit alta:cubilis
Iam memores:dulcis capterunt munera ſonni.
Deſcriptio uenationis Qu um primum illuxit ſtratis excita iuuentus
Venatum parat ire:fremit iam murmure campus.
Autolyco nati:quos eſt ſectatus Vlyxes
Parte alia canibus comitati ad culmina montis
Conſcendunt nemori Parneſſi qui occubat alti
Nec mora ſol tenuis oriens quum lumina ferret
In ſaltus:nemorumq; canes tunc auia læti
Præmittunt iuuenes:ſiluaſq; indagine cingunt
Pone ſequens ſotios haſtam uibrabat Vlyxes.
Hic & in inſidiis latitans:longoq; receſſu
Immenſus uernabat aper:quem tegmine ſiluæ
Frondibus obſcuræ ſeptum non ulla ruentum
Tempeſtas ualuit uentorum attingere:nunq̃
Cœtera ſol radiis penetrans:non impetus imbris.
Tunc aditus facilis patuit canibuſq; uiriſq;.
Ergo aprum telis circũpetiere frequentes
Arboribus fultum crebris:ſed protinus ille
E latebra ueniens aduerſus incorruit armos
Atq; oculis igni flammantibus acre tuetur
Hos iuxta frendens irato conſtitit ore
Quem prius inſurgens haſta furibundus Vlyxes
Sponte ferire parat:præuenit dente maligno
Sus prior:& carnem longe penetrauit ad imam.
Genua ſuper:non plaga tamen grauis attigit oſſa.
Ipſe feræ dextrum uelox tranſuerberat haſtæ
Cuſpide mox humerum:quo protinus illa cruenta
In terram cecidit:uitamq; efflauit in auras.

Nota.in Vulnera at cãtari ſolita Homeri uſ q; tẽpore. Autolyci autem filii circa Vlyxem ſolliciti uulnus adligauere: Deinde in cantatione ſanguinem repreſſerunt. Itaq; ad cari parentis ſtatim do/mum ſe receperunt: mox illi cum patre Autolyco Vlyxem probe prius ab eis ex uulnere curatum ac lætum ad urbem Ithacam cũ præclaris mu/neribus remiſere. Parentes uero redeuntem uidentes gauiſi ſingulaq;

circa plagam quam eſt paſſus percunctati ſunt. At ille eis omnia ordine
narrauit quemadmodum iens Parneſſum cum Autolyci filiis in uenati/
one apri dente ictus fuerit. Hoc igitur uulnus uetula noſcens/ac premẽs
manibus pronis deliniit. Pedem deinde uaſtum Vlyxes in lebetem miſit.
Ille præ mole inſonnuit in alteram rurſus partem ĩclinatus: exquo aqua
ſtatim in terram effuſa eſt. At uetula gaudio ſimul & dolore animi capta
ex oculis frequentes fundebat lacrymas/illiq́ barbam demulcens ſic ait.
Profecto Vlyxes es care fili. Non ego te prius noui herũ meum q̃ totum
attrectauerim. Tunc Penelopen oculis adſpiciens uirũ cariſſimũ ei intus
exiſtẽti manifeſtare cupiebat: at illa nec adſpicere contra potuit nec noſſe:
quod Minerua mentẽ auertiſſet. Vlyxes uero manu dextra iugulũ Eury/
cleæ compreſſit: altera uero manu illi ꝓpius adherens. Nutrix inquit cur
me ꝑdere uis: tu me ubere tuo nutriuiſti. nunc poſt uarios caſus/uitæq́
labores/mœſtus in pr̃iam reuerti: ſed qñ me noſti/tibiq́ Deus manifeſta
uit tace quæſo: ne quis alius in aula ſentiat. Sic.n.dico quod & eueniet ſi
Deus ꝓcos ſub me plecti dederit: non te q̃q̃ nutricem ſi es in cã puto di/
mittam quũ alias domi famulas interimaʒ. Cui Euryclea: nate mi inquit
quid ais. Noſti quẽadmodum mea fides firma nec abiecta ſit: eritq́ uelu
ti ſolidus lapis aut ferrũ/ſed & aliud tibi dico: ſi Deus ſub te ꝓcos de me/
dio tolleret/tunc ego famulas tuas quæ in te crudeles fuerunt/teq́ ac do/
mum tuã dedecorarunt recenſebo. Vlyxes/Nutrix inquit. Nõ tu has re/
cenſebis non.n.oportet/ego nãq́ ipſe late referam/ac ſingulas manifeſta
bo: quin tace potius: tecũq́ rem tene/ac tm̃ Dis cõmẽda. Sic ait. Anus ue
ro ex aula digreditur rurſus labrũ ad latura: priorem enim aquam omnẽ
Vlyxes effudit: at poſtq̃ lauit/oleoq́ unctus eſt ut calefieret ſellam ꝓpe
ignem admouit: cicatricem lacera ſua ueſte obtexit: cui Penelope hoſpes
ait/moneo & hoc parumper/hora iam lecti dulciſq́ ſonni eſt/quo quili/
bet uel in curis exiſtens libenter capitur. At mihi luctũ Deus ſine fine de
dit. Diebus enim fletu ac querelis me oblecto meum ſimul & famularuʒ
reſpiciens opus: ubi uero nox uenit/omniſq́ cubile habet/iaceo quidẽ in
lecto ſed curis freq̃ntibus ac mordacibus uexata/animoq́ irritata.

Pandaris ut quondam florens Philomena puella
Vere canit primo: ac trunco ſuper arboris adſtans
Ingeminat mœſtum uario modulamine carmen/
Flens Itylum puerum: ferro quem perculit ipſa
Mentis inops/Zetho ſuſceptum coniuge dudum.

De Philo/mena.

Sic item meus angitur animus/& in duas diductus partes bifariam agi/
tatur:an apud filium maneam:omniaq; diligenter curem/rem/familiam/
domum/uiri thalamum:ſimulq; populi famam uerear:an potius inepti
as procorum ſequar:illiuſq; qui in aula maiora mihi optulerit. Filius au
tem meus dũ puer erat nubere me non ꝑmiſit uiri domum relinquentẽ.
Nunc ubi grãdis eſt factus & ad pubertatem uenit/me cõtra rogat ut ex
domo exeam iratus ob rem/quam Achæi edendo abſumũt:ſed audi q̃ſo
inſomnium meũ atq; coniecta. Anſeres mihi per domuȝ Viceni triticum
edebant ex aqua:illoſq; lætabar adſpiciens/ueniens aũt ex monte ingens
Aquila in curuo roſtro omnis ceruicib9 inuaſit atq; peremit. Illi uero in
aula proſtrati iacuere. Aquila in aera ſublata eſt:ego ãt flebã/querebarq;
in ſomnis. Circa me Acheæ mulieres cõueniebant luctu adfectam:quod
mihi anſeres aquila extin xiſſet. Illa quoq; rurſus reuertens ſupra celſiorẽ
tecti partem conſtit:ingentiq; uoce me compellans ait. Icari filia confide/
non enim ſonniũ ſed reuera bonũ/quod & eueniet. Anſeres enim proci
ſunt:ego tibi aquila auis antea eram:nũc uero tuus uir ueni ut omnibus
procis mortem turpiſſimã adferam. Sic ait illa. At me dulcis reliquit ſon
nus/ Veſtigãs deinde anſeres domi reperi triticũ comedere apud ſcyphũ/
ocioſe q̃dem ac coram. Ad hæc Vlyxes o mulier inquit. Nõdum eſt in/
ſomnium manifeſtare alio inclinans:q̃m ipſe Vlyxes oĩno cogitat quo/
modo rem perficiat/exitiumq; omnibus inferat procis/quorũ nullus ꝑ/
fecto mortem euitabit. Penelope uero inquit. Certe hoſpes inſomnia ua/
na ſunt ac fruſtra. Neq; hominibus omnia eueniunt.

De inſõniis

Sunt geminæ ſonni portæ/quarum una uocatur
Cornea apud ſtygios pariter:ſed & altera eburna
Hac penetrans ſonnus uerba imperfecta reportat
At quicunq; uenit portæ de limine primæ
Vera refert dulci correpto membra ſopore.

Sed non hic mihi puto graue inſonniũ ueniſſe:q̃d certe mihi filioq; meo
gratiſſimũ eſſet. Sed & aliud tibi dico. Hic dies malus & infamis erit qui
me ab Vlyxis domo diuidet. Nunc uero certamen ponam ſecures quas
ille in ſuis ædibus cõſtituit quercubus aptas ſcindendis ordine oẽs duo/
decim. Nam idem procul adſtans telũ iacere ſolebat:nunc procis hoc ꝓ/
ponam certamen/quicunq; facillime hunc arcum manibus tẽdet ac ꝑ eaſ
dem ſecures iaculabitur/huius ego ſequar cõnubium hanc relinquẽs do
mum/quã ego primã/bonamq; ſatis ac diuitẽ habui:cuius item uel dor/

miens puto quandoq; reminiſcar. Ne inquit Vlyxes hoc domi certamen differas. Nam prius Vlyxes redibit: q̄ hi arcum attrectantes neruum tendant/aut per ferrum iaculentur. Cui rurſus Penepe: ſi uelis ait hoſpes me adſiſtendo oblectare: oculis profecto ſonnus non ſerperet. Sed nō eſt ullo modo inſonnes eē homines: quietis enim partem Di cuilibet ſupra terram dedere. Ego uero nunc in ſupiorem domus partem aſcendam in cubiculum: mihi luctuoſum: ac iurgiter meis lacrymis pfuſum exquo Vlyxes infelix ſequens Ilium diſceſſit: ubi dormiam: tu quoq; in hac domo dormies uel humi ſtratus/aut in lecto poſitus: ſic dicens aſcendit nec ſola ſed aliis comitata miniſtris: cum quibus ſimul flebat ſuper caro uiro/ donec oculis dulcem Minerua ſonnum imiſit.

Libri Vigeſimi Argumentum. V.

Olens Vlyxes plectere famulas quæ cum procis cōcubuere: nouit ex Euryclea p ea quæ cū Eumæo & Philoetio dixerit in quo & Procorum ſit collocutio.

Lyxes uero in domus ueſtibulo dormiit/crudumq; bubulum tergus ſubtus ſtrauit/pelles quoq; ouinas multas/quas Achæi imolauere ſupraextēdit. Eurynome uero læ nam dormienti ſuperiecit. Hic igitur Vlyxes male cogitans Procis: uigilando iacebat. At famulæ ex aula diſcedebant hæ quæ cum procis concūbere cōſueuere/ inter ſe riſum ac lætitiam cōicantes. Vlyxes uero animo cōmotus ſecū frequenter uerſabat: an ſubitam mortem inſurgēs illis infligeret: an illas cum procis ſupremo tantum cōcubitu cōmiſcere fineret: corde autē intus laborabat: ueluti canis molles circa catulos fouens uirum ignorās latrat/ pugnareq; cupit. Sic ille ſecum latrabat admirans: odioq; perſequens fcā improba: ex quo pectus ſibi percutiens animum uerbis increpuit. Suſtine animæ: peiora longe quandoq; paſſus es die illo quo nephādus Cyclops ſotios fortiſſimos comedit. Tu uero es auſus: donec per animi prudens conſilium: ex antro in quo periturus uidebaris te ſeruaſti. Sic ait & tumidam uoluens in pectore mentem. Continuit huc illuc ſe uertens: ueluti uir qui uentrem nidore ac ſanguine plenū apud ignē copioſum hinc inde uoluit/ac uariat uelociter aſſare cupiens. Sic Vlyxes in omnem partem meditando uertit quonāmodo procis manus iniciat ſolus exiſtens:

Minerua inter hæc cœlitus deſcendens mulieri adſimulata ei propius ad
cedens ſupra caput adſtitit atqꝫ ait. Quid uigilādo cruciaris omniū miſer
rime hominum. Domus iam tibi hæc eſt/uxorqꝫ in domo/filius inſuper
qualem quiſqꝫ cuperet. Nempe inquit Vlyxes: omnia recte dicis: ſed hoc
animo uoluo quomó procos ſolus exiſtens manibus aggrediar. Illi.n.
continuo congregati ſunt intus. Hoc inſuper maius meditor ſi Iouis: ac
tua fiat uoluntate ut eos interficiā: quomó fugiam: hoc ego te narrare ue
lim. Cui Minerua miſer inquit. Alius quidem ſocio uel peiori ſæpe cre/
dit/qui & mortalis eſt/& animo non adeo prudenti. Aſt ego dea quæ te
in tantis laboribus cuſtodio tibi palā dico ſi qnquagenæ hoīum turmæ
nos circūſtent in bello interficere cupientes: attamen ita uiribus p̄ualebis
ut illis & boues & oues abigeas/q̄obrē bono ſis aio: ſonnus te iaʒ capiat
feſſuʒ/ac triſtitia dimittat nocte tota uigilantē. Deniqꝫ dolori finē īpone.
Sic ait ac oculis ſonnum diffudit Vlyxis
Sublimiſqꝫ polum confeſtim aſcendit in altum.
Illum ſonnus habet curas ac membra reſoluens.
Penelope uero uigilanti mente querelis
Cor agitat: uiduoqꝫ ſedet mœſtiſſima lecto.
Poſtquā uero fletu exſaturata eſt Dianæ primū uota faciens ſic præcatur
Diana dea uenerāda Iouis filia. Vtinā meum pectus ſagipta tranſfigens
mihi animam iam iam eriperes: uel ſubita me rapiens procella per altū de
ducta in oceani oribus proiceret: ueluti quū Pandari filias p̄cellæ rapue/
re: quoqꝫ parentes Di perimerunt. Ipſas uero domi orphanas reliquerūt.
Venus aūt caſeo melleqꝫ ac uino dulci nutriit. Iuno quoqꝫ præcæteris in
clyta forma ac ſenſu decorauit: proceritate claras Diana. Minerua deniqꝫ
egregiorū operum ſcientes reddidere. Poſtq̄ uero Venus Olympum cō/
ſcendens Iouis nuptias illis rogauit (ipſe nāqꝫ cuncta tum fatum infelix
eſſe hominū nouit) tunc puellas Arpyiæ diſcerpſerūt: ac infernalibus fu
riis miniſtras dedit. Sic me cœleſtes euertant/aut Diana in me tela iaciat
modo Vlyxem tantū uideam libēter ſub terras abirem/ne peioris poſtea
uiri comertiis gauderem. Sed hoc quidem tollerabile ualde qn̄ quis inter
diu ploret animo mœſtus: nocte uero quieſcit ſonno ſe tradēs/qui qui/
dem omnis ad obliuionē malorum bonorūqꝫ ducit: ubi ſemel oculis irre
pit: quin & mihi etiam deus mala infligit ſonnia. Hac enim nocte ſimilis
quidam Vlyxi meo iuxta me iacere uiſus eſt talis exiſtens q̄lis erat ſimul
cum exercitu/attamen meus animus gaudebat quod nō inſonnium ex/

ſtimarem ſed rem ueram ſic ait:ſtatimq; illuxit. Huius itaq; uocem plo/
rantis Vlyxes audiit eiq; cogitanti uidebatur illa uirum recognoſcens ca
pite adſiſtere. Quamobrem lænam ſimul & pelles in quibus dormiebat
corripiens in aulam tulit ſupra thronum:bubulũ quoq; tergus extra fe/
rens inſuper poſuit.ac palmas ad Iouem tendens ſic orauit. Iuppiter pa/
ter ſi me poſt multos labores ad meam fœcũdam terram uolentes redu/
xiſtis:nuncium famamq; procoꝝ intus exiſtentium mihi aliquis ferat:
extra uero Iouis portentum aliud appareat. Hunc igitur ſi orantem Iup
piter audiit ac ſtatim e nubibus excelſoq; olympo intonuit/exquo Vly/
xes gauiſus eſt:nuncium uero ex domo fœmina molari prætulit. Prope
nanq; Hlyxem molæ cõſtiterant/quibus famulæ Duedenæ farinã:& ex
ea cibaria medullam hominũ exercebant:ſed aliæ quidẽ dormiebant:qꝺ Farina ho/
iam molauerant:hæc uero quod imbecilla eſſet nondum deſierat. Itaq; minum me
molam ſiſtens uerbum Vlyxi ſignũ locuta eſt. Iuppiter pater qui Dis ho dullas
minibuſq; imperas qui e cœlo clare itonuiſti quũ adhuc nulla ſit nubes:
quamobrem ꝓdigium hoc nobis manifeſtas:indica queſo mihi miſeræ
uerbum hoc quod ego ſic uaticinor. Vltimas hoc die proci in Vlyxis do
mo epulas edent qui mea genua ingenti labore ſoluũt adſidue uiolando
nunc quæſo poſtremo cœnent:ſic ait. At Vlyxes ex hoc ſigno & uoce fa
mulæ/ſimulq; Iouis tonitru magnopẽ lætatus eſt:per quæ putabat ſe in
delinquẽtes homines animoſiorem fore. Aliæ uero famulæ per domum
cõgregatæ ignem apud eſcharam & focum excitauere.

Interea e ſtratis ſurgens ſe ueſtibus ornat
Telemachus pulcher:lateriq; adcomodat enſem.
Aptat & egregiis elegantia tegmina plantis.
Haſtam deinde manu fulgentem cuſpide prendens
Conſtitit Eurycleam aduerſum:ac talia fatur.

Nutrix cariſſima hoſpitẽ hũc & lecto & cibo honorate:ſi forte neglectus
iaceat. Talis enim mihi mater:q̃q̃ cætero prudẽs:ut aliũ quandoq; quis
peiorem temere honoret:alium uero uel digniorẽ negligat:cui Euryclea
inſontem profecto inquit mi nate accuſas:nam et ſedens uinum quidem
bibit quantũ uoluit/fame uero dixit interrogatus nõdum ſe teneri:ſed &
ſonni cubiliſq; tempore famulas lectũ ſternere iuſſit/at ille infelix at mi/
ſer noluit in lecto & ſtragulis dormire/ſed ſupra crudum bubulũ tergus
atq; pelles ouinas in domus ueſtibulo cubauit/lænã uero nos ſuperieci/
mus. Sic ait. Telemachus aũt haſtam tenẽs ex aula diſceſſit in conalium

Achæorum quem canes pedibus albis comitantur euntem. Eurycleã in/
terea opis Piſinoridis filia miniſtris mandat. Vobis dico famulæ domũ
mundate:uerrite:In thoris tapeta purpurea ponite:aliæ menſas oĩs ſpon
giis tergite/crateras ac pateras purgate:aliæ ad fontem properate/aquam
cóſeſtim adferte. Proci enim nondiu morabuntur:quin ualde mane ue/
niẽt quod feſtum ſit omnibus. His dictis illæ omnes obtemperant. Vi/
ginti nãq; ad fontem iuere:aliæ ibidem in ædibus ſcite omnia compoſue
re. Mox proci ueniunt/famuli tedas diligenter accẽdunt/famulæ interim
a fonte redeunt:ſuperuenit & ſubulcus Eumæus tris pingues porcos du
cens ex omnibus optimos quos intra domus parietes pauerat. Ipſe uero
Vlyxem dulcibus adfatur uerbis. Hoſpes nuꝑ ne Achæi te magis ſuſpi/
ciunt:uel certe negligũt in aula ſicuti ſolent? Cui Vlyxes utinam inquit
Eumeæ Di contumeliam atq; iniuriam uindicent/quam hi proci contra
fas alienæ inferunt domi/neq; uerecundiæ partem habent. Sic inter eos
colloquentibus Melanchus paſtor propius adceſſit capras ducẽs ex gre
ge præcipuas:epulas procis futuras/Duodecim quoq; paſtores ſequebã
tur/& hos quidem ſub porticu adligauit. Ipſe uero Vlyxem probośis ad
loquitur uerbis. Hoſpes etiam hic per domum uiros rogando infeſtas a
at non exiſti? Oĩno nõ puto nos prius diuidi q̃ manús has meas degu/
ſtes/quando non ex ordine rogas/ſunt & aliæ Achæorum mẽſæ. Sic ait
Vlyxes nihil rñdit:ſed tacite capite ſubmiſſo male cogitabat. Inter hos ãt
Tertius Philoetius paſtor ſuperuenit bouem ſterilẽ ac pingues edos pro
cis ferens:baiuli autem hæc deducunt quin & alios mittũt ſiquis illos pe
tit/quos quidem ad porticum adligauere. Ipſe uero Philoetius ſubulcuȝ
ꝓpe adſtans interrogat. Quiſnam hoſpes/O ſubulce noſtram nuper pe
tiit domum ex tuis enim ſe iactet eẽ hominibus:ubi ei genus & patria ter
ra? Nam corpore regi par uidetur. Sed Di infeſti ſunt/his qui multum
errant/quando regibus faſtidium adferunt. Dixit ac propius adcedẽs de
xtra eum prendit/atq; ait. Salue pater hoſpes, tibi impoſterum opes ad/
ſint:uerum nunc in malis agitabis multis. Nempe deum peior non eſt te
Iuppiter ullus/non enim miſeris hominum/fas te illis æquũ eſſe in ærũ/
nis/ut domeſtica ſuccurrũt/fluũt ex oculis mihi lacrymæ Vlyxem remi/
niſcenti. Nam & illum puto huius comodi ſago lineo indutuȝ inter ho
mines errare/ſicubi uiuit/aut ueſcit aura ætheria/ſi uero periit/O me mi
ſerum/O bonum Vlyxem qui me cuſtodiẽdis bubus paruum adhuc in
populo Cephaleniorum exiſtentem præfecit:nunc autem boues ingen/

tes facti ſunt:neq; enim aliter boum genus uiro cõmitteretur. Hos itaq; alii me iubent eiſdem ferre procis ad edendum nec quicq̃ de puero curãt neq; deoꝝ religionem uerentur:iãq; abſente diu domino contendunt inter ſe rem diuidere. At mihi animus in pectore ſuadet malum quidem uiuentis filii alioruз uidelicet populum adire:alienos relictis bubus petere uiros. Hoc autem peius hic manentẽ boues alienas cum animi anxietate cuſtodire:& profecto a uiris his proceruis diu iam fugiſſeз niſi illũ adſlictum cuſtodire adhuc expectarẽ:ſi forte ueniens procorum cædẽ in ædibus faciat. Ad hæc Vlyxes bubulce inquit non profecto ignauo aut ſtulto uiro ſimilis uideris. Deprendo iam quod ſapias & quamobrem tibi dico/ac iureiurando adfirmo. Tu Iuppiter mihi teſtis menſaq; hoſpitalis/ac domus Vlyxis quam petii/quod te hic exiſtente Vlyxes domum redibit:tuiſq; oculis ſi uis adſpicies/procos qui hic dominantur omnino pereuntes/cui bubulcus ſi hoc inquit Iuppiter faceret noueris quantũ meæ uires/manuſq; ualebunt:& ut non fruſtra Philoetius pro reditu Vlyxis dis omnibus uota fecerit. Dum ſic illi inter ſe colloquerẽtur:proci næcẽ Telemacho ſtruebant:attamen illis infelix ſignum aquila ſiniſtrorſus alte uolans ſuperuenit columbam tenentẽ/inter quos Amphinomus ait. O ſocii non nobis hoc de cæde Telemachi conſilium feliciter eueniet:q̃propter ad epulas conuertamur:ſententia placuit:quamobrem uenientes ad Vlyxis domum ſupra thronos ac ſedes lænas poſuere oues magnas/pingueſq; capras:porcos item ac bouẽ gregalẽ ſacrificio mactauere/uiſcera aſſantes diſtribuerũt. Deinde uinum crateribus fudere:pocula ſubulcus præbuit:panem Piloetius in caniſtris diſpenſabat. Melanthius uina fundebat. Illi poſt hæc cibis paratis manus iniecere. Telemachus uero probe omnibus diſtribuens Vlyxem intra aulam iuxta pauimentum lapideum locauit thorum humilem adponens ac paruam mẽſam:iuxtaq; uiſcerum partem:deinde uinũ in aurea patera fudit:aitq;. Hic nũc ſede cuз his uiris libens contumelias ego ac manus procorũ omniũ apſte expellã quod non publica hæc ſit domus ſed Vlyxis:mihi hæc ille parauit. Vos proci apſtinete ab iræ impetu/ac manibus: ne quis hic tumultus aut contentio oriatur. Sic ait:at illi mordicus labra tenentes Telemachum admirabantur qui tam audacter locutus eſſet/inter quos Antinous ſic ait. Durum o ſocii ex Telemacho uerbum accipimus:nobis uſq; minitando locutus eſt:ſed Iuppiter minime ultra permiſit: quãobrem ipſum in aula quietum relinquamus ſonorum ſane concionatorem. Telemachus An/

noi dictum minime curauit. Præcones per urbem ſacram Hecatombam
duxere/& Achæi ſub nemore umbroſo Apollinis cõuenerũt:qui poſtq̃
aſſauare ſuperiores carnium partes ac ordine diuiſerũt:laute accubuerũt:
qui autem conuiuio præerant æquam Vlyxi partem ut aliis omnibus ex
iuſſu Telemachi adpoſuerũt. Minerua uero ut Vlyxis animũ adhuc ma
gis in criminis exerceret/ Procos non omnino ab iniuria abſtinere pmi/
ſit. Erat autem inter eos uir quidam iniuſtus Cteſippus nomine e Samæ
iſulæ oriundus/qui diuitiis ſui parentis confixus Vlyxis coniugis mri/
moniũ adſectabat. Is tunc ad ſocios ſic ait. Audite me proci quæ dixero:
Partem habet hoſpes æquam uti par eſt:non enim fas eſt Telemachi ho
ſpites qui has ædis petunt contemnere. Quare ego Xeniũ ei do ut & ipſe
ſiue balneatori munus det ſiue alii miniſtrorũ qui ſunt in domo Vlyxis
ſic dicens manu tereti pedem bubulum e caniſtro accipiens in Vlyxẽ ie/
cit/at ille declinans ictum euitauit:ac animo riſit/tale ſardanium/murum
autem percuſſit. Cteſippum Telemachus iurgans. Cteſippe inquit ani/
mum ex hoc facto ſociaſti/Hoſpitem propterea nõ uulneraſti:ictũ nãq;
euitauit/at ſi te mediũ haſta tranſfixiſſet hic tibi profecto pro nuptiis pa/
ter ſepulchum paraſſet:mihi quoq; nullus amplius domi dedecus oſten
diſſet. Iam ego noſco/intelligoq; & bona & mala. Iamdudum uero par/
uus eram. Attamen hæc adſpicientes hactenus tolerauimus/oues inter/
fectas:uinum epotum/frumentum abſumptum. Durum profecto/mul/
tis unum reſiſtere/ſed ne quæſo tendite ultra malis iniqui/ſi enim me fer
ro interficere contenditis nempe hoc malim/& mihi longe præſtat ſemel
mori/q̃ hæc indigna continuo facta adſpicere. His dictis illi ſilentiũ om
nes tenuere/ſero tandẽ Agelaus Damaſtoris filius ait/O ſocii nullus con
tra ius faſq; uerbis irritando aduerſis nec hoſpiti huic:ne ue alii famulorũ
in Vlyxis domo moleſtus ſit Telemacho autem & matri eius humaniter
dicerem ſi uobis ambobus animo placet/Donec ſperabitis Vlyxem do/
mum rediturum tunc nulla repreſio erat retinere/aut manere in ædibus
procos:ſed longe utilius. Nunc autem hoc iam manifeſtum/quod non
amplius redibit:quamobrem tu matri adſidens tuæ refer/eamq; exortare
ad nuptias eius qui optimus omnium fuerit ac plura dederit:ut tu qdẽ
patrimonium quemadmodũ cupis diſponas:atq; habeas gaudens:edẽs:
bibens. Illa uero aliam petat domum. Ad hæc Telemachus. Nõ Agelai
inquit per Iouem ac per labores patris mei qui lõge ab Ithaca ſiue periit
ſiue errat nihil moror matris meæ nuptias:ſed iubeo nubere cui maxime

uoluerit:immenſa etiam tribuam dona uereor tamen inuitam uerbis in/
ducere:ne hoc deus faxit.Sic ait.At procos Pallas maxime ridiculos red
didit/mentem illis alienando qui iam maxillis nouis atq; alienis ſemicru
das carnes edebant:oculi autem eorum lacrymis fluebãt:impetus animi
luctum excitauit:inter quos Theoclimenus ait.Ah miſeri quod malum
hac nocte patimini?capita uertuntur & uultus & inferius genua labant:
fletus oritur:genæ lacrymis perfunduntˀ:ſanguine item fluũt muri ac cõ
tignationes.Idolorum inſuper plenum ueſtibulũ/& plena ambulãtium
aula.Erebus ſub tenebris & ſol ſub coelo periit:mala percurrit orbem ne/
bula.Riſerunt omnes uehementer ſuper ipſo inter quos Eurymachus in
ſanis inquit hoſpes alio uagans:at uos iuuenes foras eum in forum mit/
tite.quoniam hæc nocti ſimilia uidentur:cui contra Theoclymeneus nõ
te inquit iuſſi Eurymache mihi duces eundi prebere: ſunt enim mihi &
oculi & aures & ambo pedes/mens etiam in pectore nihil inquinata qui
bus egomet ſane exibo foras,quando malum uobis euentuɀ uideo qđ
nullus neq; effugiet neq; euitabit procorum qui in domo Vlyxis homi/
nes deludentes iniqua perpetratis. Sic dicens exiit ex ædibus/iuitq; ad
Piræum qui eum prompte excepit. Proci autem omnes inter ſe adſpici/
entes Telemachum irritabant ſuper hoſpitibus ridentes. Quidam uero
ex iuuenibus illis admodũ ſuperbus Telemache inquit: nullus ꝑfecto
te in hoſpitũ excipiendorum delectu ineptior.Hunc famelicũ mẽdicum
cur domi habes pane uinoq; indigentem?neq; itẽ operi obeundo aptuɀ:
neu uiribus firmum/ſed tãtum terræ onus inane? Alius autem quidam
hic ſurgens.Quin inquit ſiquid mihi credis hoc maxime præſtat.Hoſpi
tes hos in naui collocatos in Siciliã mittamus unde digna tibi uenditio/
ne merces eueniat.Sic itaq; proci dictitabãt.At Telemachus minime cu/
rabat/ſed patrem tacite adſpiciens expectabat donec ille manus in eos in/
iiceret.Penelope uero in ſella ſedens aduerſus eos ſingulorum audiebat
uerba.Cœnam itaq; dulcem & ſuauem hi ridiculi fecerunt qui ut uentrẽ
explerent multa ſacrificio mactauere animalia.Epulis alioquin ipſis nul/
læ ingratiores fuere/quales dea Minerua & uir fortiſſimus Vlyxes prebi
turi erant quum illi prius nefaria perpetraſſent.

Libri Vigeſimiprimi Argumentum. X.

P

Enelope arcum tendenti nuptias ſuas promittit Vlyxes aũt Eumæo & Philoetio cuſtodiam portarum mandat. Ipſe arcum per ſecures dirigit nemine illum tendere ualente.

P

Enelope autem Minerua in animo poſuit ut arcum ferrumq; nitidũ procis daret certamina uidelicet:cædiſq; initium in ædibus futurum/quamobrez ſcalas domus altas aſcẽdit/corripitq; munu formoſa æneã pulchramq; & incuruam clauem cui capulum eburnum erat ac cum miniſtris in thalamũ uenit ultimũ: ubi herilis erant theſaurus/æs aurum/ferrũ uarie la

De arcu ulyxis.

boratum. Hic arcus iacebat retortus ac pharetra ſagiptarum receptaculũ: ubi grauia multa erant tela/quæ dona hoſpes Iphitus/Eurytides lacedæ

Iphitus eurytides.

monem adſecutus dedit qui ſimul in domo Ortilochi apud Meſſenam inter ſe conuenerunt. Huc ſiquidem Vlyxes uenit ad æs alienum exigen

Ortiloch9.

dum quod ei populus omnis debebat:Meſſenii nanq; oues trecentas ex Ithaca ſimul cum paſtoribus nauibus tulere. Harum igitur gr̃a uiaz hãc admodum longam. Vlyxes admodum iuuenis legatus ſuſcepit:quũ eo prius pater aliiq; ſenes iuiſſet:iuit & Iphitus equas quærens quæ illi perierant duodenæ:ac ſub illis muli:quæ ue ei poſtea cædis ac fati cauſa fuere/

Hercules proditor hoſpitii.

quod Herculem magnanimum Iouis filiũ magnorũ patratorem operum petiere qui Hercules eum hoſpitio exceptum in ſua domo interfecit miſer qui deorum relligionem/nec menſam hoſpitalem quam ei prebuit u ritus eſt. Equos ipſe ſibi habuit. Hos igitur queritans Vlyxi forte occurrit:arcumq; dedit/quem prius magnus Eurytus ferebat. Ille uero filio reliquit domi ſuæ moriens:ac illi Vlyxes acutum dedit enſem/haſtamq; ualidam/principium quidem caræ hoſpitalitatis:non enim menſa inter eos adhuc nota erat:quod Iphitus præuentus mortem ab Hercule interfectus eſſet. Hunc itaq; arcum Vlyxes in bellum cuz nauibus iens nunq̃ ſecum tulit/ſed ibidem nec cari hoſpitis memoriam domi reliquit:ac tantum in patria ſua ferebat. Penelope igitur in thalamum uenit limen roboreum præteriit quod Architectus expoliuit adfabre/atq; ad perpendiculum duxit. Superne uero tympana aptauit foreſq; addidit fulgentes:ſtatim uero ſoluta excoronide clauis ac forib9 adiecta eſt:exqua ictæ feræ

ſonitum dedere ingentem/qualem Taurus armentalis in campis paſcẽs
edere ſolet: protinuſq; apertæ fores patuere. Illa uero in altum aſcendit
armarium ubi ex una parte arcæ adſtabant: in altera ueſtes nobiles iace/
bant. Inde igitur arcum in palo ſuſpenſum protinus corripuit cum ip/
ſo corito in quo ille pulcherrime conditus erat. Sedenſq; ac ſupra genua
illum ponens flebat querulis modis. Deinde arcum de uiro interroga/
bat. Poſtquam uero luctu exaturata eſt in Aulam ad proceres tendit:
arcum in manu tenens/ac pharetram: ubi multa tela grauia erant: fa/
mulæ uero illam ſequentes telorum/armarium faſcemq; ferebant: hic
ferrum/æſq; plurimum aderat: certamina uidelicet herilia Penelope itaq;
ante tecti ueſtibulum conſtitit caput ante genas uicta pulcherrima redi/
mita: Duaſq; habens utrinq; famulas Procos primum ita adloquitur.
Audite quæſo inſolentes proci/qui hanc domum continuo edendo/&
bibendo abſente Domino uexatis: neq; facti ueſtri aliam facere excuſa/
tionem/adumbrationem ue noſtis q̃ meas deſiderare nuptias: ſed agite
quando hoc certamen incumbit magnum Vlyxes arcum in medio po/
nam: quicunq; manibus facile tendet & per Duodenas ſecures omnis
iaculabitur: Huius ego connubium ſequar: coniugemq; muneribus
locupletem reddam: domum hanc relinquendo: cuius quandoq; remi
niſci uidebor uel in ſomnis. Sic ait. Ac Eumæum iuſſit arcum procis/
ferrumq; micans prebere. Ille uero lacrymans accepit/ac dedit: Flebat
& Subulcus ex altera parte: ubi & ipſe herilem adſpexit Arcum. Anti/
nous autem ambos increpans ait. Stulti & agreſtes ex tempore tantum
cogitantes/Ah miſeri quid lacrymas funditis/ac mulieris animum in pe
ctore magis irritatis: quæ per ſe ſatis habet erumnarum qđ carum ami/
ſit uirum. Diſcumbite igitur hic tacite ſeu foras exeuntes plorate & hic ar
cum relinquite procis certamen innoxium/neq; enim facile exiſtimo hũc
tendi poſſe nullus aũt talis reperitur uir in omni ordine ac decade qualis
erat Vlyxes. Ego nanq; illum uidi: meminiq; puer adhuc paruus eram.
Sic ait. At illi neruum tendere poſſe/ & ferrum iaculari facile ſperabant.
Sed is primus ex Vlyxis manibus Arcum deguſtaturus erat/qui præ/
ter cæteros eum ſpernebat in aula ſedens: alioſq; item ad idem faciẽdum
inuitabat: inter quos Telemachus ſic ait. Heu ualde me Iuppiter ſtultũ
fecit: mater enim quanquã prudens & cara mihi dicit ſe alium ſequi uelle
hanc domum relinquens. At ego rideo/aioq; ſic ſtulto gaudeo. Sed age
dum proci qñ hoc parat' certamen pro muliere/cui ſimilis nunc nõ eſt in

terra Achaia nec apud Pylum neq; Argos neq; Mycenas neq; apud ipſam
Ithacam:neq; deniq; in toto cõtinenti:ſed & ipſi hoc ſcitis quid enim me
matrẽ laudare oportet? Igitur ne rem ꝓtrahite:neq; ab arcu uos diu auer
tite ut plane ꝑiculum fieri uideamus.Ego quoq; profecto experirer ſi enĩ
tendam hunc arcũ iacularq; non mihi meſto has ædis mr̃ alio diſcedens
relinqueret:qm̃ poſtremus oĩum relinquerer ſi poſſem hoc p̃ris mei certa
mine potiri.Dixit & ex humeris lænã purpuream & ex latere enſem po/
ſuit ſtans atq; innixus:primũ quidem foſſa oblonga facta ſecures ſtatuit
& ad ꝑpendiculum direxit:circaq; terrã aggeſſit:uñ ſtupor omnis inua/
ſit:ut ordine cõſtitit nunq̃ antea uiſo.Igitur arcũ ſumẽs:ueſtigioq; ſoluꝫ
progreſſus cõſtitit ter illum tendere conatus/ter deſtitit : uiribus atq; aĩo
in neruo contrahendo deficiens:& ꝓfecto quarto expertus ui tetendiſſet
niſi Vlyxes eum per nutum q̃uis cupientẽ retinuiſſet. Telemachus itaq;
rurſus ad eos uerſus ait. Hei mihi uel ignauus ac imbecillus ero uel cer/
te q; ſim iunior nondum manibus ſatis fido in hominem prius laceſſen/
tem ꝓpulſare.Sed uos adeſte qui me lõge fortiores exiſtitis expimini ut
certamen abſoluamus:ſic dicens/arcũ humi inclinans in pulchre compa
ctis tabulis cum ſagipta compoſuit:ipſeq; in loco uñ prius ſurrexit/rur/
ſus conſedit Antinous uero his geſtis ſurgite inquit o ſotii incipientes a
dextra omnes unde & potationis initium:ſententia placuit:quamobrem
Leodes Oenopi filius primus ſurrexit:is eis aruſpex erat:ſemperq; in ul/
timo ordinis receſſu iuxta craterem ſedebat:ſoliq; omniuꝫ iniuriæ aduer
ſæ fuere.Quapropter cœteris procis magnopere iratus erat.Hic igitur ar
cum ſumpſit/ſagiptamq; uelocem/cõſtitit pede ſolum progreſſus arcũq;
tentauit : neq; tetendit/prius enim q̃ laboraſſet manus teneras integras
retraxit : uerſuſq; ad Procos/O ſotii inquit non ego tendam alius acci/
piat.Multos enim hic arcus uiros fortes triſtitia adficiet animoq; deiciet/
quod longe præſtet mori q̃ e ſpe decidere/cuius gratia hic cõtinuo expe/
ctantes congregamur.Nunc autem qui ſperat aut omnino cõtendit. Pe/
nelopes coniugium ubi arcum hunc tentauerit aut deguſtauerit ꝓtinus
aliam Achæaꝝ in matrimonio accipiat cũ rebus dotalibus.Ipſa uero Pe/
nelope nubat ei qui plura dederit ac fortunatior ſit.His dictis arcũ in cõ/
pactis tabulis ſagiptamq; depoſuit/ac rurſus in throno uñ ſurrexit adſe/
dit.Antinous autem eum increpans Liodes ait quod nam tibi uerbũ ex/
cidit graue durumq;/Iraſcor quidẽ audiens:ergo hic arcus nos hoĩes for
tes & animo & audacia priuabit : quoniam eum tu tendere nequiuiſti

Quia ꝓcos añ ſe oĩs in terficeret.

Potationis initiũ a dextra.

At alii proci fortiſſimi tẽdẽt:te enim mr̃ non talem genuit ut arcus & ſa
giptarum peritum. Sic ait:ac ad Melanchium caprarium uerſus ignẽ ait.
Melanchi in aula ſtatim accẽde:iuxtaq; ſellam pone ac terga ſupra bubu/
lam. Deinde magnum fer adipis uolucrũ intus cõditi ut iuuenes ungui/
ne obliti ac foti experiri poſſint:uiribus enim ualde deficiunt. Sic ait:ille
cõfeſtim obtemperat. Refoti igitur iuuenes ac calefacti uti iuſſum fuerat
non ꝓpterea arcum & ipſi tendere ualuere/ſed lõge infra uires fuere. An/
tinous autem & Eurymachus quod principes procoruʒ eſſent/ac uirtute
cæteris præſtarent ab arcu abſtinuere. Bubulcus aũt & Subulcus Vlyxis
ex domo ambo ſimul diſceſſere/quos deinde Vlyxes domo & ipẽ abiens
ſecutus eſt:ac ubi extra fores & aulã fuere eos ſic eſt adlocutus/Bubulce/
a:ſubulce dicã ne an celẽ uos:dicere aũt me aius hortatur/dicite quæſo ſi
ſubito Vlyxes ueniret ac eũ Deus aliquis adduxerit:procoſq; plectere ue
lit/quali eſſetis aio:illi ne aut ꝓcis auxiliũ ferretis:dicite inq̃ qđ aius uo/
bis ſuadet. Huic bubulcus Iuppiter inquit pr̃ ſi hoc deſideriũ nobis pfi/
ciat ut ille redeat/Deuſq; illuʒ reduxerit:noſceres ꝓfecto qualis mea uis/
manuſq; eẽt/ſimiliter & Eumæus ſubulcus Deos orauit ut Vlyxes domũ
redeat. Is uero ubi eoꝝ uoluntatẽ ac mentem nouit ſic rurſus ait. Ipſe iaʒ
ecce ueni in pr̃iam anno iã uiceſimo:noui ut uobis optantibus tm̃ ex fa/
mulis uenio:alioꝝ non aliquã audiui optantẽ me reducem eẽ uobis itaq;
uerum ut erit narrabo. Si Deus mihi perimere procos dederit uobis am/
bobus & cõiugia & poſſeſſiones dabo/ac domũ ꝓpe me pulcherrimã:im
poſterũ uero Telemacho & ſocii & fr̃es eritis:ut ãt mihi firmius credatis/
aliud uobis certũ oñdam ſignũ. Cicatricẽ quã olim Parneſſum ꝓficiſcẽs
una cum Autolyci filiis apri dentibus albis ictus accepi:ſic dicẽs laceras
abulcere ueſtes remouit:at illi poſtq̃ omnia uiderunt:probeq; nouerunt
circa Vlyxem flebãt:manus iactantes ac pileũ/caputq; & humeros cõple
ctentes Vlyxes inuicẽ capita/manuſq; illoꝝ:& ꝓfecto lacrymãtes ſol oc/
cidẽs iueniſſet niſi Vlyxes ipſe luctũ cõpſiſſet/inqens iã flẽdi ac q̃rẽdi finẽ
facite/neq; ex aula egrediẽs deprẽdat intuſq; referat. Sed hilares q̃ſi nup/
tias cõciliaturi igredimini nõ ſimul oẽs:prim9 ego poſtea uos:hoc ãt ſi/
gnũ iter nos exiſtat. Alii.n. ꝓci oẽs mihi arcũ & pharetrã dari nõpmittẽt:
ſed tu Eumæe arcũ p ædes ferẽs in meis dabis manib9:ãcilliſq; dices ut fo
res aulæ diligẽter claudãt ne ſiq; ſonitũ aut tumultũ uiroꝝ intus ĩtra mu
ros nr̃os audiat ullo mõ fores exeat:ſʒ tibidẽ tacite opi adſideat:ibi Philo
eti mãdo fores aulæ clauib9 claudeř/ac uelociter repagulis & uiculis mu/

Vlyxes ſe ſeruis manifeſtat.

nire:ſic dicens domum ingreditur/ac in ſella unde ſurrexerat conſedit fa muli quoq ambo ſubſecuti ſunt. Eurymachus autem inter hæc iam arcũ manu prenderat/ac diſpenſauerat huc illuc ad ignem calefactus atq inũ/ctus/nihilo tamen melius contendere ualuit/robore uiq animi deficiẽs. Ex quo ſecum querẽdo ait. Hei mihi quod res hæc præter cœtera me an/git/non Penelopes coniugii tantum gratia/quod ego q̃q̃ cupio:non at/tamen tanti facio/quum ſint & aliæ plures. Ah cæ mulieres apud ipſam Ithacam/aliaſq item ciuitates:ſed ſi tantum infra Vlyxis uires ſumus ut arcum tendere non ualeamus hoc nos factũ apud poſteros depręſum infamabit. Huic contra Antinous Eurymache inquit:non ſic ut ais pro/fecto erit:noſti enim hodie in populo feſtum Dianæ ſanctum eſſe:quis autem arcum tendere audeat? Itaq ponite certamen libenter & ſecures ſi/namus omnes ſic conſiſtere:non enim aliquem puto propterea interfec/tum iri in Vlyxis domum uenientem : ſed age dum pincerna a pateris in/cipe ut libantes arcum ſacremus. Mane autem iubete Melanthium pa/ſtorem capras domum ex omnibus præſtãtiores adferre ut Apollini ex his crura offerentes arcu poſtea experiamur & certamen tandem abſolua mus. Antinoi ſententia omnibus placuit. Itaq.

Dant manibus famuli lympham iuueneſq per aulam
Crateras menſis ſtatunt/ac uina coronant:
Diſtribuuntq æque cunctis:pateris prius amplis
Incipiunt:poſtquam potandi expleta cupido
Protinus hæc illos tentando adfatur Vlyxes.

Audite proci Penelopes quæ me iubet animus dicere Eurymachum ma/xime & Antinoum oro:quoniam probe:hoc uerbum dixere. Cras deus nobis ſi uelit robur & uires dabit:uos tamen interim date mihi hũc arcũ ut & ego una uobiſcũ uires experiar meas:ſi mihi adhuc uis eſt ea quæ olim in meis erat membris:an certe ob errores/anxietatemq & incõmo/dum perierit. Sic ait. Illi omnes magnopere ſunt irati:ne arcum attinge/ret formidantes. Antinous autem increpando ait. Ah miſer hoſpes : mẽs tibi non integra:non cernis non conſideras quod nobiſcum lentus epu laris? neq cibo omnino priuaris? Inſuper noſtros ſermones audis:quũ nullus alius mendicus hoſpes nos audiat. Vinum profecto te ledit/qđ & aliis ẽ nocet qui uoraciter ſumunt/nec moderata bibunt Vinũ Cẽtau rũ Eurytionẽ in domo Perithoi cõtra Lapithas inſurgẽtem ad inſaniã de/duxit. Furioſus nãq factus cõtra Perithoi domũ mala ꝑpetrauit Heroas

De nimia ui ni potatiõe. Eurytion cẽ taurus.

enim dolor inuaſit:exquo eum per ueſtibulum foras inſurgẽtes traxere/
ac ei aures nareſq; diro ferro exciderũt. Ille uero ſibimet ob animi ſtultiti
am nocens ꝓprium incõmodum flens ibat:unũ inter uiros & centauros
orta cõtentio. Verũ ſibi prius ille malum inuenit. Sic & tibi magnũ uati
cinor incõmodum ſi hunc arcum tractabis. Non.n.ad alicuius ſupplex
miſericordiam in noſtro populo confugies:ſed te in naui ad Echetũ Re/
gem hominum ꝓditorem mittemus:unĩ minime ſeruaberis. Itaq; ſi ſapis
quiet9 cõmode/neq; deinceps cũ iunioribus cõtende. Penelope uero tũc
ait Antinoe non ius neq; fas Telemachi hoſpitem qui domũ hanc petiit
contemnere. Spera quoq; ſi hic hunc tendet arcũ uiribus:roboreq; fretus
ipſe me domũ ducet ſuamq; me cõiugem habebit/neq; ipſe hoc unq̃ ſpe/
rauit:nec aliquis urm:huius gr̃a triſtis factus hic amplius epuletur/quũ
minime deceat. Cui Eurymachus. Penelope inquit neq; te hunc ducere
fas eſt:ſed uiroꝶ ac mulieruꝫ iudicia uerere/nequis inter Achæos grauis
dicat. Heu uiri fortiſſimi uxorẽ/homines longe inferiores conditione cõ
ſecuti ſunt:qm̃ ſolus inter nobiles mendicus quidã & ignobilis hoſpes/
facile arcum tendens per ſecures iaculatur:ſic dicent:nobis uero hæc de/
decori erunt. Eurymache inquit. Penelope non eſt ut qui edẽdo uiri for/
tiſſimi domũ dedecoret:bonã in populo famã adſequat̃:qd aitis qđ hec
uobis dedecori pudoriq; erunt? Ipſe.n.hoſpes ualde magnus ac uegetus
ex magno & forti uiro gen9 iactat. Sed & iã illi arcũ date:ut plane uidea/
mus:uobis.n.ſic dico:quod & eueniet ſi Apolinis numine fretus arcum
tetẽderit/eum læna tunicaq; pulchra induã:iaculũ quoq; uelox donabo
contra homines caneſq; ꝓpugnaculũ:præterea enſem ancipitem/ac pedi
bus aptos calceos. Deniq; quod animus mihi ſuadebit ei mittã. Ad hæc
Telemachus. Mater mea inquit:arcum enim Achæoꝶ nullus me aptior
cui uelim dare & negare. Non qđ hoĩes apud Ithacã dñantur neq; quot
apud Elydem/hoꝶ nullus me prohibebit ſi uelim ſemel hunc arcum ho
ſpiti dare ut experiatur. Veꝶ tu mater in ſupiorem domus thalamũ aſcẽ/
dens huc tua fer opa telam colũ/ac ancillas iube operi uacare:res uiris oĩ/
bus præſertim mihi curæ erit:cui poteſtas p̃cipua domi eſt. Illa igitur ad
mirata rurſus aſcẽdit/fili enim mandatũ prudens aĩo repoſuit:flebatq; cũ
ancillis uirum amantiſſimum:donec luminibus Pallas dedit inclita ſon
num. Subulcus uero arcum corripiens ferebat:proci autẽ oẽs in aula fre/
mebant:ſicq; qdam ex illis ꝓteruis dicebat. Quo/malũ/fers arcũ ſubulce
magne/errabundeq;/uelociter.n.te canes edent quos nutriiſti ob porcos

Nota uerba Iuuenis / ac ſuperbiẽtis Telemachi ad matrem.

ſi Apollo/Diq; cæteri nobis propitii fuerint. Sic ait. At ille formidans ꝓtinus in eodem poſuit loco: quod multi in aula fremerent. Telemachus in parte alia minitans erat, Cito fer arcum ſubulce: nõ bene omnibus credis: ne te ego q̃q̃ ſum iunior feriens ſaxis rus remittã: nam & uiribus ſuꝫ potior. Quod ſi item omniũ procorum qui in aula uerſantur tantũ manibus & uiribus potior eſſeꝫ facile aliquẽ ex noſtra domo uelociter abſcedere cogerem quod indigna perpetrent. Sic ait. Illi omnes pariter riſereq; ac iram aliquantulũ remiſere. Subulcus autem arcuꝫ Telemacho obtemperans ſtatim tulit: in manibuſq; Vlyxi adſtans poſuit. Deinde uocans Euryeleam nutricem ait. Fores aulæ intus diligenter claude ſi quid murmuris aut tumultus audiueris hominũ intra muros nr̃os ne foras exeas/ ſed ibidem operi adſiſte. His dictis illa ꝓtinus paret: foreſq; ædiũ clauſit. Philoetius quoq; tacite extra thalamum egrediẽs lignũ nauis quoddam exbyblo quod ſub porticu iacebat foribus repagulum oppoſuit: ſtatimq; reuertens in eodem unde ſurrexit conſedit loco Vlyxem adſpiciẽs. Is iam arcum diſpenſabat quaqua uerſus cõtrectans; hucq; atq; illuc experiens totum atq; cõtemplans ne eo abſente forte uermes cornua corroſiſſent. Proci uero adſpicientes atq; admirantes ſic inter ſe illudendo dicebant. Certe hic admirator/aut cõpilator eſt arcuũ: an & talem domi forte habet/uel ipſe facere cupit/num uides ut manibus hicinde diſpenſat/atq; tractat malorum curator mendicus noſter. Alius uero hoc modo cauillabatur. Vtinam ſic in rogando mẽdicandoq; hic proficeret: ut arcum hũc quandoq; tendere poterit. Sic itaq; proci dicebant: at Vlyxes ubi ingẽteꝫ ſuſcepit arcum ex omni parte cõſiderauit: ueluti uir cytharæ ſciens atq; cãtus facile chordã in agglutinato tẽdit organo: ſic ille citra ſtudiũ magnũ facile tetendit arcum. Dextra enim manu accipiens neruũ tentauit qđ ex impetu magno reſonuit more irundineæ uocis. Procis aũt anguſtia orta eſt ingens omnibuſq; color corporis immutatus. Iuppiter auteꝫ magna ſigna oſtendit: quibus Vlyxes magnopere lætebatur/quod prodigium ipſius Dei ſagiptam quæ ſola extra alias in menſa iacebat corripuit: aliæ uero in pharetra: condite omnes exiſtebant: quibus proci pituri erant ſedens itaq; Vlyxes arcum ulnis accepit/ac facile neruũ/cornuaq; traxit ſagiptam deinde impulit/contra tendens in ſecures ordine primo nõ aberrauit: quũ illa ferro grauis medium pertranſierit/extraq; micauerit. Ad Telemachumq; uerſus ſic ſedens ait/neq; a meta erraui/neq; diu in arcu contendẽdo laboraui: quamobrem & mihi uires firmũq; adhuc rõbur ineſt/

non quemadmodũ proci calumniando deſpiciunt atq̧ illudũt. Sed nũc
tempus epulas procis parari ad lumina. Deinde cãtu & cythara aliter ob/
lectari: quæ conuiuii ſunt appẽdices. Dixit ac ſuper alio innuit. Telema/
chus uero acutum lateri adcingit enſem/haſtamq̧ manu capit/ac prope
ipſum iuxta thorum fulgenti armatus ferro conſtitit.

Libri Vigeſimiſecundi Argumentum. Y.

u Lyxes præſente Minerua in procorum cæde occupatur: deinde
famulas impudicas per Telemachum & domeſticos una cum
Melanthio plectit.

u Lyxes poſtmodum conſurgens/ac laceris ſeſe exuẽs
ueſtibus in medium prodiit/arcumq̧ deinde/ac pha
retram iaculis grauidam tenens ſagiptas quidem añ
pedes effundit: ac procis ait. Hoc enim certamen qđ
modo geſſi ſecurum quidem extitit/nunc uero me/
tam aliã ſcopumq̧ attingam quod nullus alius ad/
huc attigit: ſi tamen adſequar: mihi tantum Apollo
faueat. Dixit & in Antinoũ primo triſtem direxit ſagiptam. Is pulchrũ
rotundumq̧ in manibus habebat calicẽ q̃ſi cogitans qua bibiturus erat:
de cæde autem minime cura/quis enim inter cõuiuas putaſſet ſolum/in/
terq̧ plures exiſtentem hoſpitẽ q̃q̃ eſſet fortiſſimus ei mortem fatumq̧ il/
laturum. Hunc demum Vlyxis cuſpis ſecundum guttur præteriit: tene/
ramq̧ ſagipta ceruicem in alteram partẽ inclinauit. Patera e manibus p/
cuſſa cecidit: ſtati per nares ſanguinis craſſa fiſtula uenit/exquo menſam
ille abſe uelociter pede percutiens amouit: in terram epulas fudit/panis:
cotteq̧ carnes fœdatæ ſunt. Ex hoc proci pterrefacti per domum undiq̧
circũſpiciebant/uſq̧ ad murorum angulos ſiquid eẽt telorũ: nuſq̃ ſcutũ:
nuſquã haſta ualida quam adprẽderet erat. Vlyxem poſtremo uerbis in/
crepando contumelioſis. Hoſpes ait: male homines arcu petis: profecto
non amplius certamen aliud attinges: nunc exitium magnũ iam iam tibi
ſeruatur. Nam hominem nũc interemiſti/qui inter Ithacæ iuniores opti
mus erat: quamobrem te hic uultures diſcrepent: quilibet tamen ex pcis
apſtinuit: quod eum putabãt nolentem ac per imprudentiã hominẽ in/
terfeciſſe. At ſtulti ignorabant quemadmodum iam exitii tempus adue/

nerat.Hos autem Vlyxes torue adſpiciens/O canes inquit non putaſtis
me ex Troia reducem fore quod meam abſumitis domũ/me quoq; uiuẽ
tem meam optaſtis cõiugem ducere:Ancillis deniq; per uim cõcubuiſtis
neq; deum uerentes/neq; ex hominibus ullam impoſteꝝ ultionem fore:
nunc uobis omnibus exitii tempus aduenit. Sic ait. Illos uero pallidus
omnis pauor adripuit/ac quiſq; ueſtigabat quanam periculum ſubterfu
geret.Eurymachus tantũ loqui auſus ſi Vlyxes inquit Ithacenſis aduenſ
ti:hæc quidez recte dicis quæ a procis facta ſunt multa domi tuæ impia
multa item ruri.Verũ Antinous qui hæc oĩa mala cõmouit:& auctor ſce
lerũ fuit iã extinctus iacet.Ipſe nos adhæc impulit facta non tam cõnubi
um expetens aut quærens q̃ alia ſpectans quæ Iuppiter minime perficit
ut uidelicet Ithacæ populis domiaretur/filiumq; tuũ per inſidias interfi/
ceret.Nunc ille pœnas dedit:tu parce populo tuo inſonti:nos tibi penſa
re quæremus quæcũq; in ædibus bibendo & comedẽdo ſunt abſumpta
uiginti uiri tam extimatione boũ.Præterea æs aurumq; reddemus ut anĩ
mus lætetur tuus/potiuſq̃ iraſcat᷑:Ad hæc Vlyxes toruo adſpiciẽs uultu
Eurymache ait.Non ſi mihi patrimonia cuncta dederitis quæ nũc ſunt/
& quæ in futurum addere poteſtis/nõ manus a cæde tempabo:priuſquã
omnem procoꝝ iniuſtitiam plectam.Nunc optio uobis coram ꝓponit᷑
ſeu certare ſeu fugere/qui fatum mortemq; uitare cupiat.Veꝝ nequaquã
miſerum exitiũ uos uitaturos puto:Sic ait.At illis genua ſimul & animꝰ
trepidauere:inter quos Eurymachus rurſus ait/O ſocii nõ ꝓfecto uir hic
manus innoxias cõtinebit/ſed quãdo ſemel arcum pharetramq; cepit:ex
aula iaculabitur donec nos omnis interficiat/quamobrem pugnæ remi/
niſcamur:enſes educite/menſaſq; ſagiptis uelocibus opponite:deinde ſi/
mul cõfertim omnes adnitamur ſiquo modo ex aula foras pellere ipſum
poſſimus . Deinde per urbem ꝓperemus:fama tumultuſq; ſtatim excita
bitur:ex quo hic homo poſtremo nũc iaculatus fuerit.Sic dicens enſem
eduxit acutũ utrimq; ancipitem:nullũq; proſiliit horrendũ clamitãs.At
Vlyxes iaculari ꝓpterea non deſtitit:pectuſq; illi iuxta mamillam feriit/
ac epar uſq; ſagipta tranſfigit:unde de manu enſis cecidit/menſa inſuper
circũſperſa/reuolutaq; corruit/epulaſq; ac pateram ſecum traxit:ipẽ uero
humum cernuus illiſit/& pedibus chorũ ambobus palpitãs:animoq; tri
ſtis extruſit/ob oculoſq; atra nubes iit . Amphinomus deinde aduerſus
Vlyxem conſurgens acutũ eduxit enſem/ſiquomodo illũ extra fores pel
leret uerũ Telemachus retro illuz præueniens haſta ferme mediũ traiecit

hominem/ac per pectus tranſfixit:exquo cadens ille ſonitū dedit:terráq;
fronte pronus illiſit. Telemachus aūt ueritus nequis Achæorū haſta cor
repta/uel enſe inſurgens Vlyxem puntim impelleret:aut cæſim percute/
ret:ſtatim haſta in Amphinomo relicta abſcedens adcurrit ad patrez atq;
propius adſtans ait. Pater ibo ac feram tibi ſcutum duaſq; haſtas & æreā
caſſidem capiti aptam/quibus tu armatus cōcurres:Subulco autē itemq;
bubulco alia dabo. Deniq; eſſe armatū longe præſtat. Vlyxes uero fer ci/
to ait:curre donec mihi ad defenſionem præſto ſunt ſagiptæ/ne me ſo/
lum exiſtentem extra fores pellant. Telemachus parenti obtemperans in
thalamum properat:ubi arma erant inde quattuor ſcuta/haſtas octo/caſ
ſides æreas item q̃tuor tulit. Ipſe igitur Vlyxes imprimis ſe ferro arma/
uit:ambo deinde famuli arma induerunt idonea ac hero adſtiterunt:qui
quandiu ſibi ſagiptæ ad iaculandū aderant tādiu ex procis continuo ali
quem interficiebat:illi uero confertim cadebant. Poſtq̄ uero ſagiptæ defe
cere/arcum quidem in parte domus prima iuxta murum inclinauit. Ipſe
uero ſcutum humeris quattuor opertum tergoribus accepit:capiti uero
galeam equina cauda inſignem/ac criſta terribilem aptauit:duas inſuper
haſtas cuſpide ferrea munitas corripuit. Hinc iuxta ſupremū ædium pa/
uimentum aditus erat in uiam q̄ populo frequentebatur:præterea aptis
munitus erat obductuſq; aſſeribus. Hic itaq; portam Vlyxes ſubulcum
ſeruare iubet/eiq; adſiſtere quod una tantum inde eſſet eruptio. Agelaus
igitur procorum unus ſic ait/O ſotii aliquis ad portam quæ ad ſuperio/
ra ducit aſcendat/uocetq; populum/ſtatim tumultus orietur:exquo uir
hic poſtremo iaculatus fuerit. Cui Melanthius paſtor nō licet Agelae in
quit:anguſta enim aulæ iuxta portā eſt oſq; breue aditus qui exit in uiā:
& unus qui ſit admodū fortis facile omnis prohiberet. Sed age dum uo
bis ego feram arma quibus muniri poſſitis ex thalamo. Hic profecto exi
ſtimo & non alibi ab Vlyxe eiuſq; filio arma collocata. Sic Melāthius di
cēs in thalamū conſcendit. Hinc duodena ſcuta/totidēq; haſtas/ac totidē
æreas caſſides criſtis equinis inſignes attulit ꝓcis. At Vlyxis tunc genua
animuſq; labarunt:ubi illos armis munitos uidit/manibuſq; haſtas lon
gas tenentes/magna ſane res ei uiſa eſt/exquo ad filium uerſus Telema/
che inquit. Nempe aliqua in aula famula nobis bellum excitat malū ſiue
Melanthius. Cui ille. Hic ego profecto inquit peccaui:nō alius in cauſa/
qui thalamo fores tantum inclinatas liqui/at illi diligentiores in explo/
rando fuere. Sed & cito Eumeæ thalamo fores īpingito atq; indica ſiqua

eſt famula quæ hæc faciat:ſeu forte Melanchius quem magis puto. Dū
ſic inter ſe colloquerentur Melanchius rurſus in thalamum pulchra latu
rus arma properat/quē ubi Subulcus Eumæus agnouit ſtatim Vlyxem
prope exiſtentem clamauit Vlyxe uir ille iniquus ac maleficus quē nos
ſuſpicabamur ingreditur thalamū:tu profecto uera locutus es/Quamo
brem uel ipſum interficiam ſi fortior ſum/uel certe tibi ducā ut multoruꝫ
ſcelerū quæ in tua domo admiſit ab eo pœnas exigas. Huic Vlyxes:certe
ego inquit & Telemachus procos retinebimus inter aulam q̄q̄ exire co
nantes. Vos aūt ligatis ei pedibus ac retro manibus:in thalamū conicite
aſſereſq; opponite:ac catena cōnexa ipſum adligatum ad altiſſimam colū
nam trabibus proximam trahite ut ſic uiuus exiſtens duros patiatur la
bores. Sic ait. Ac illi obtemperantes protinus in thalamum iuere/ac ipm
intus exiſtentem & in thalami penetralibus arma indagantē hoc mō cepe
runt. Ambo enim iuxta limina utrinq; cōſtitere:ubi uero Melanchius re
uertebat altera manu pulchram ferens galeā:altera uero ſcutuꝫ ingens ac
uetus Laertis herois qđ iuuenis ferre ſolebat:tunc uero neglectū iacebat
ſuturæq; loroꝝ ac tergorum ſolutæ iam erant. Hi igitur inſurgentes eū
intus retinuerūt ac per capillos ad terram egre uixq; deiecerūt:pedes ma
nuſq; ſtatim uinxere funis uinculo ualde utrinq; coarctātes quemadmo
dum iuſſit Vlyxes:catena deinde compacta ſuſpēſum ad altaꝫ trabibuſq;
ꝓximam columnam traxere/Quem deinde Eumæus iurgiis iceſſens ait.
Nunc Melanchi in molli cubabis lecto ut par eſt noctem cuſtodiēs quas
nec in aurora ab oceani fluctibus ueniente tibi definet/quādo capras do
mum procis epulas parandas ducis. Sic itaq; ibidem extenſus miſer eſt
lictus. Illi uero ambo arma induentes: ac portam fulgentem claudentes
ad Vlyxem reuerterunt Hic robur ſpirantes conſtitere in aula. Quattu
or:alii q̄plures & fortes intra domum:quos prope Minerua uenit Men
tori corpore & uoce adſimulata. Hanc Vlyxes uidens lætatus eſt atq; ait.
Mentor adiuua me in bello:reminiſcere cari ſocii ac coæui tui. Sic ait/pu
tans eam Mineruam populum ſeruantem. At proci ex altera parte in do
mo fremebant:priuſq; Agelaus/Dameſtorides ſic incipit. Mentor ne te
uerbis Vlyxes inducat ut cōtra procos illi feras auxiliū:ſic enim noſtruꝫ
expleri animū puta quū hos interfecerimus patrem & filium:inter quos
tu quoq; eris:nam q̄lia in ædibus facere paraueris tuo ipſius capite poſt
modum plectes:ſed & poſtq̄ uim a uobis ferro repulerimus quot uobis
intus atq; extra poſſeſſiones erūt:ſimul cum his quæ ſunt Vlyxis diſcer

pemus nec filios:neq; item filias uiuere/non deniq; uxorem prudentem
per urbem uerſari permittemus. Sic ait. At Minerua magis ira ſucсenſa:
uerbis Vlyxem amaris increpuit. Non adhuc tibi Vlyxe firmæ uires nõ
robur:quale tibi erat quũ circa Helenam annis nouem continuo fortiter
pugnaſti/multos enim uiros in dura pugna occidiſti:Tuo cõſilio Tro/
ia capta eſt:qũo igitur quando ad tuũ populũ poſſeſſiones item tuas ue/
niſti aduerſus procos uiribus tardus nũc fortis eẽ putas ac conaris? Sed
huc accede/iuxta me adſta/uide opus/ut cernas qualia tibi inter hoĩes ꝑ/
uerſos/Mentor bñficia reddit. Hæc ubi dixit nõ protinus uictoriã quæ
ſolet eẽ anceps dedit/ſed uim atq; fortitudinẽ Vlyxi ac filio addidit. Ipſa
uero poſt hæc exiliens ſimilis Irundini in aula conſedit. Procos uero ex
alia parte cõcitauit. Agelaus & Eurynomus & Amphimedon & Demo/
ptolemus & Piſandrus & Polybus. Hi nãq; uirtute præſtabant cœteris q
adhuc uiuebant & de uita pariter certabant. Hos etiam arcus & triſtes ſa/
gittæ domuere. Inter quos Agelaus ſic eſt omnis adlocutus/O ſocii uir
hic profecto manus deinceps parũper retinebit innoxias. Nam ei Men
tor uenit uana iactans ſoli aũt imprimis portis relicti ſunt:quamobrem
quũ haſtas longas nunc minime deſideretis. Sed primum ex illis iacula/
mini:ſi forſan Iuppiter dederit Vlyxẽ feriri:ac gloriã nobis referre:alioꝝ
uero nullus metus aũt cura quum hic ceciderit:ubi hæc dixit ſtatim om
nis auidi ſicuti iuſſi iaculati ſunt haſtas/quaruꝫ multas irritas Minerua
reddidit:exquo alius limen aulæ/alius portam/alius deniq; murum per
cuſſit. At poſtq̃ procorum iacula uitauere. Vlyxes ad ſuos conuerſus ait
O cariſſimi iam iam tempus ut in procoꝝ turbam & nos iaculemur q co
nati ſunt ipſi imprimis improbi nos interficere. Sic ait. Illi protinus oẽs
haſtas iaculantur. Euryadem Telemachus/Elatum Subulcus/Piſandrũ
uero Bubulcus interfecerunt qui omnes poſtq̃ cadentes mordicus terrã
ceperunt/reliq ꝓci in aulæ receſſus penitiores ſe receperunt/ac inſurgentes
rurſus ex mortuis ſex haſtas extraxere quas iteꝝ audacter ſunt iaculati:
alioquin fruſtra oẽs/uti primas. Amphimedon Telemachi ſummã ꝑcuſ/
ſit patinã:ſummũq; item ſcutũ ferro attigit. Cteſippus uero Eumæum ſu
pra ſcutum lõga haſta humerũ paululũ attigit/euolauitq; & in terrã ceci
dit/qui ambo circa Vlyxem in procorum turbã rurſus & ipſi iacula mit/
tebant. Hic iterũ Vlyxes incitatus Eurymendonta haſta uulnerauit/Am
phimedõta Telemachus/Polybum Subulcus/Cteſippum Bubulcus in
pectore uulnerauit/inſultãſq; ait/O Cteſippe Polytherſides qui in alios

libenter iurgia:contumeliaſq; iactas nunq̃ deinceps ſtultitia fretus aliq̃d dicas/ſed in deos uerbum conuerte/quoniam longe præſtant hoc tibi ꝓ pede illo bubulo quem pro hoſpitali munere in Vlyxem in domo mea dicantem feciſti. Poſt hæc Vlyxes Damaſtoridem haſta longa cominus percuſſit. Telemachus Liocritum Euenoridem mediuꝫ uulnerauit:ferro ultra penetrante:exquo cernuus cecidit:ac frontem terræ illiſit. Tũc uero Minerua exitialem Aegida ſuperne ex domus tholo ſuſtinens apparuit:exquo procorum mentes perterritæ ſunt:ac ita metu ceciderunt:ueluti boues gregarii quos uarium oeſtrum impellens mouit uere primo

Cõpatio. quando dies longi ſunt. Vlyxes uero & ſotii uelut aquilæ Aegyptii curuis unguibus/ac roſtris ex montibus uenientes trepidas aues quæ in cãpo nubes ſecantes eant:inuadentes perdunt:neq; aliquod eis remedium aut fuga:uiri quoq; adſpicientes præda ac uenatione lætantur. Sic Vlyxes cum ſuis:procos per domum irruentes paſſim cedebãt:cæſorum uero ſonitus miſerabilis excitabatur:pauimentũ quoquo uerſus ſanguine fluebat. Liodes tunc animo cõmotus Vlyxis genua prẽdit:oranſq; ait:te obſecro Vlyxe mihi ſis æqus/Non ego aliquam fœminam puto in aula dicere/me qcq̃ mali feciſſe/ſed & alios potius ne facerẽt prohibui/q̃q̃ mihi non obtemperantes a malis manus nequaq̃ continuere/quamobrem ob ſcelera ſua male perierunt. At ego inter hos aruſpex nihil maloꝶ patrans iacebo? O q̃ nulla eſt gratia impenſi beneficii. Hunc igitur Vlyxes toruo adſpiciens uultu. Si enim ĩter hos inquit Thyoſcous eẽ gloriaris/ attamen mei procul a domo reditus finem non eſſe:tibiq; meam uxorem habere/ac filios parere optare uidebaris. Ob quam rem mortem amaram non ꝓpterea effugies. Sic dicens enſem iacentem/ac ab Agelao in terram proiectuꝫ corripiens Liodis adhuc loquentis ceruicem mediam tranſuerberauit:caputq; ilico in humum puluerulentum cecidit. Terpiades/Phemius muſicus tantũ fatum euitauit:qui inter procos coactus conſtitit cytharam in manu habens prope Orſi thyram:animoq; alterutrum cogitabat/an ex aula exiens & ad magni Iouis ſeruatoris arã cõſideret:ubi multa Laertes & Vlyxes ſacrificia cremauere: an ad genua Vlyxis ſupplex procumberet. Sic alternanti potior ſententia uiſa eſt ad genua ſupplicem procũbere. Itaq; cythara curua ſtatim humi poſita in medio crateris ipſe Vlyxis genua complectens atq; præcans ait. Oro Vlyxe miſerere mei/nõ dubium quin poſtea dolebis ſi muſicum interficis qui Dis atq; hominibus cano ſine præceptore doctus. Deus nãq; cãtus mihi omnigenos ani

mo inſpirauit. Illiſq; ſimilis in hoc genere uideor. Quapropter ne me ſu/gulare cõtendas. Nam & Telemachus filius tuus tibi dicet/quemadmo/dum ego non ſpõte/neq; alicuius indigens/aut rogãs aliquid in tua do/mo ſum uerſatus procis ad menſam canendo: uerum multo plures & for tiores me inuitum coegerunt. Sic dicentem Tel[illegible]hus audiit: conti/nuoq; ad patrem propius exiſ[illegible]ntem ait. Contine: ne hũc inſontem om/nino uulnerabis: neq; item Medontem præconem qui me ſemper domĩ puerum exiſtentem ſollicitus amauit. Si tamen non illum occiderit Phi/loetius uel Eumæus: ſeu certe te per ædis furentẽ intempeſtiue orauerit: Hunc igitur ſic loquentem. Medon ipſe ſapiens audiit: ꝓſtratus. n. ſub throno ac bubulo tergore nuper direpto cõuolutus ut mortem euitaret/ ſtatim ſurrexit: tergoreq; ſeſe exuit: Telemacho deinde ad genua procũ/bens atq; orans ait. O mi here ego quidem is ſum: tu contine: patriq; dic ne me ferro ledat iratus: ex procis nefandis ſuperſtes relictus qui illi rem omnem abſumpſere: teq; ſtulti minime honorauere. Huic Vlyxes ſubri/dens reſpondit. Confide/quando te hic eripuit atq; ſeruauit: ut plane no ſcas animo: aliiſq; item dicas q̃tum bene/q̃ maleſacere præſtat. Tu igitur & muſicus ambo ex ædibus exeuntes extra cædem in aula ſedete/donec ego per domum curem quæ me opus. His auditis illi extra ædis abeun/tes ſederunt apud Iouis aram undiq; oculis luſtrantes/cædemq; cõtinuo expectantes luſtrabat & Vlyxes domum ſiquis uirorũ uiuus lateret fatũ uitare cupiẽs: omnis autẽ in multo ſanguine ac puluere proſtratos uidit: ueluti piſces/quos piſcatores in uas curuũ extra mare retibus multifidis extraxere/ac illi oẽs fluctus marinos appetentes in arena proiecti conuol uuntur procinuſq; a ſolis radiis excremãtur. Sic ꝓci inter ſe mixti/ac hu/mi diffuſi uidebantur. Tunc demũ Vlyxes filio ait. Telemache agedum uoca mihi huc nutricem Eurycleam ut illi quod meo placuerit animo dĩ cam. Ille ſtatim patri obtemperat/mouẽſq; portæ fores ad Eurycleam ait/ Huc ades uetula iam diu genita/quæ famularũ hic cuſtos es noſtrarum: ueni inquã te meus uocat pr̃ tibi aliquid dicturus. Illa uero uelociter di/cto audiit: ædiũ fores impellens exiit Telemacho præcedente Vlyxẽ ꝓci nus cũ interfectis ac cadaueribꝰ ſanguine ac tabe fœdetũ offendit: ueluti leonẽ cui paſtũ in caulã uenienti: pectuſq; & ambæ maxillæ ſanguinolen tæ ſordent: terribilæ uiſu. Sic Vlyxes manus/pedeſq; ſordidus erat. Illa demum ubi mortuos/ſanguinemq; effuſum immenſum: factũ admodũ horrẽdũ uidit: ululare cepit quam Vlyxes q̃q̃ cupiẽtem retinens talibus Compatio

Cõtra ſpos. adloquitur?Gaude uetula:a querelis apſtine:parce ululatuſ.
Non optare uiros fas eſt:quos ultor olympus
Et merito perdunt fato ſimul impia facta. Quiue nullũ mortalium
nec malũ neq; bonũ qui eos adierit honorabant/quamobrem ob temeri
tatẽ ꝓpriam in fatum miſerabile inciderũt. Nunc tu mihi narra famulas
impias quæ me abſentem cõtinuo ſpreuerũt. Cui Euryclea. Tibi nate in/
quit uera narrabo. Quinq̃ginta tibi ſunt intus famulæ:quas opa facere
docuimus:lanã texere:ſeruitia tolerare:q̃uaꝙ: Duodecim impudicæ ſunt
nec me/neq; itẽ ipſam Penelopen uerentes. Telemachus nãq; nup creuit:
neq; mr̃ ei ſignificari aliquid ſup ancillis promiſit:ſed agedũ ego domus
ſupiora cõſcendã tuæ referã uxori:cui q̃uis anxiæ Deus aliquis ſonnum
imiſit. Nondũ Vlyxes ait:hanc excitabis ſed famulas impudicas huc añ
oĩa iube uenire. Euryclea igitur ex aula ꝓperans ancillis nũtiat/ac redire
maturat. Interea Vlyxes Telemachũ Bubulcũ & Subulcũ ad ſe uocãs ait
Incipite nũc mortuos efferre:iubeteq; item famulas. Deinde thoros pul/
chros ac menſas a qua & ſpõgiis purgate:ac ubi domũ ordine purgaſtis
famulas prius eductas in mediũ tholi:murorũq; aulæ lõgis gladiis inter
ficite:donec animabus ereptis/libidinis q̃ cũ ꝓcis clam cõmixtæ uſæ ſũt
penitus obliuiſcantur. His ab eo mandatis/mulieres turmatim oẽs uene
runt lugẽtes ac lacrymas ex oculis uberes fundẽtes. Primũ q̃dem mortu/
os tulerunt ac ſub aulæ porticu depoſuere iter ſe inuicẽ ſuſtinẽtes alioqn
coactæ Vlyxe inſtante ac ꝓcipiente. Deinde thoros ac menſas aq̃ & ſpon
giis multiforis purgauere. At Telemachus Bubulcuſq; ac Subulcus pa
uimẽtũ diligẽter uerterũt. Famulæ uero purgamẽta foras poſuere ubi ue
ro domũ oẽm mundauere/famulas inter tholũ & aulæ murũ adduxere:
in anguſto:unde non erat effugere. Inter hæc Telemachus ait. Nõ q̃dẽ pu/
Nota. ra morte ab his aĩas apſtulerim q̃ meo capiti:mr̃iq; itẽ meæ probris inſul
Mors laq̃i tauere:ac cũ ꝓcis ſeſe oblectauere/Sic ait:ac nauis reſte ad columnã adli/
dẽ impura. gata ex alto tholo ſuſpẽdit ab ſolo ſublimes/ne pauimentũ pedibus attin
gant:ueluti quũ turdi uel colũbæ ſe in durũ cubile recipiẽtes in anguſto
loco cõfertim & ex ordine ſub ramo cõſiſtunt:ſic ille ordine capita habe/
bant ac ceruicibus laqueos ut miſerrime pirent:pedibuſq; palpitabãt q̃q̃
breui tpe. Deinde Melanchiũ añ ueſtibulũ & aulam duxere cui nares:au
reſq; ferro truncauere/genitalia inciderũt/crudaq; canibuſq; cibo dedere/
manus pedeſq; aĩo truci amputauere. Et hi q̃dẽ ubi hæc geſſere:manꝰ pe
deſq; lauãtes ad Vlyxẽ domũ uenere qui q̃dẽ ad Eurycleam ait. Fer anus

propera:fer inquã maloꝝ remediũ ignẽ ut ædes luſtrem. Tu uero Pene/ Ignisluſtra
lopen iube cũ ancillis huc uenire ac oĩs impelle miniſtras per domũ ire. tor morbo/
Cui ille:recte inquit ac ordine hæc mi nate locutus es:uerũ tibi prius læ rum.
nam & tunicam adferã ne ſic laceris ueſtibus cõtectus latos humeros in
ædibus cõſiſtas:quũ minime deceat. Vlyxes uero cõtra:Ignis ante oĩa in
ædibus pſto mihi ſit. Anus itaq; ſtatim obtemperans ignẽ ac ſulphur attu
lit. Ille igitur & ædis & occũ & aulam luſtrauit. Poſt hæc Euryclea domũ
aſcendit ancillis nunciatura:uti ueniant. Illę ex ædibus ꝓperabant lãpa/
das in manibus habentes:protinusq; Vlyxem ac circũſtantes ſalutauere/
ac galeã amplectẽtes:caput itẽ humeros/manus pſanbãt. Ille aũt dulci ca/
pitur deſiderio luctus:quod cunctas iam animo noſſet.

Libri Viceſimitertii Argumentum. Z.

u Lyxes uxori ſeſe manifeſtat/errorumq; capita repetit. Deinde ip
ſius ac Telemachi cum domeſticis exitus.

Ecula igitur in ſupiorem domus partẽ aſcendens he
ræ nunciat quemadmodũ uir eius intus exiſtat:ge/
u nua cõualebant/pedes cito mouebantur/ſupraq; ca/
put adſtitit/atq; ita loquitur Penelope nata cariſſima
ſurge ut tuis uideas oculis quæ oĩbus diebus deſid e
raſti. Rediit Vlyxes q̃q̃ ſero domũ:procoſq; ꝑimus
interfecit qui ſuam turbauere domũ:poſſeſſiões ede/
runt:filio demũ tuo uim attulere. Cui Penelope nutrix inquit ſtolidam
te Di reddidere qui q̃uis ſapientem ſtultũ facere interdũ ualent:& contra
de ſtulto ſapiẽtem reddunt. Hi inquam tibi nocuere:quũ prius mente ſa/
peres. Quid me quæſo lædis amplius exulceratũ hñtem animũ hæc mi/
hi memorando. Ex dulci me inſup excitaſti ſonno/qui meos blande oc/
cluſit oculos. Non.n.adeo quiete dormiui:ex illo tpe/quo Vlyxes abiit
Ilium nefariũ. Sed nunc abi a me:deſcende rurſus:nã ſiqua forte alia fœ/
mina ex nřis ueniens hæc quæ tu narraſti mihi nũciaſſet:ac me ex ſonno
excitaſſet ꝑfecto illam a me abſteruiſſem ac irata ſtatim deſcendere iterũ
ad ædis iuſſiſſem. Tibi aũt ob ſenectutẽ parco. Euryclea non te inqt lędo
nec decipio cara filia ſed uera narro:uenit Vlyxes domũ ut dixi:hoſpes
ille quẽ oẽs in ædibus ſpernebãt. At Telemachus iam diu antea hic illũ

exiſtentē nouit:uerū ſapienter pſis conſiliū texit:ut uiroꝝ ſupborū uim
atq; audaciā aīaduerteret. Sic ait. Illa gauiſa eſt/ac e lecto ruens in ample/
xū ueculæ cucurrit lacrymasq; ex oculis uberes fudit/atq; illaȝ cōpellans
adloqtur. Eia age mea uecula ueruȝ mihi narra ſi uere rediit uti tu refers:
qūo in ꝓcos impudentes manus intulit ſolus exiſtens qui cōtinuo con/
gregati ſimul intus manebāt. Huic rurſus nutrix nō uidi inquit/nō audi
ui/ſed tantū interfectoꝝ tumultū accepi. Nos ēt in thalami penetralibus
eramus attonitæ foreſq; clauſæ/uerū tuus me filius Telemachus ab ædi/
bus adcerſiuit/quē pr̄ nos uocatū miſerat. Vlyxem præterea cū iterfectis
cōſiſtentē offendi/qui ſupra pauimentū inter ſe cōfertim iacebāt. Ego aūt
cōſpiciens exhilarata ſum aio. Nūc aūt oēs añ aulæ portas cōgeſti cernū/
tur. Inſup domū luſtrauit magnū accēdēs ignē/me quoq; te uocare iuſſit
Sed iā tu ſeq̄re ut ambo uos ſimul aio collætemini:qñ mala paſſi multa
eſtis/nūc aūt iam hoc longū deſideriū expletū/uenit quidē ipſe domū ui
uens/reperitq; te/ac filiū male a ꝓcis tractatū/quamobrē ab oibus domi
pœnas exegit. Huic Penelope. Nutrix inquit cariſſima ne q̄ſo iactabūde
loq̄re. Noſti quēadmodū in ædibus gratus oibus appareat mihi p̄ſertim
& filio quē genuimus. Attñ hoc eē qđ ais uerū nō credā:ſed ꝙ Deus ali/
quis procos potius interfecerit/iniuriā illoꝝ impiaq; facta plectēs/q ne/
minē mortaliū neq; malum neq; bonū eos adeuntē in honore habuerūt:
quamobrem temeritatis iuſtus dant pœnas. Vlyxes aūt meus procul ab
Achaia periit. Cui Euryclea. Nata inquit mea quid ais? quæ uirū tuū in/
tus exñtem apud ignē dicis domū nō rediiſſe:an tibi ſemper animus in/
credulus? Sed & iam aliud tibi ſignuū certius dicā Cicatricē quā olī apri
dente uulneratus accepit dū eū lauabam aīaduerti/uoluiq; tibi dicere:q̄q̄
me ille manibus p̄mens mentis alto conſilio referre nō pmiſit. Sed iā me
ſequere/ſpondeo/tradoq; me tibi:me miſero pde exitio ſi te decipio. Cui
Penelope. Nutrix inquit cara/durū quidē te q̄q̄ ſapientē/ac circūſpectam
exiſtentē deoꝝ conſilia ꝓhibuere. Attñ ad meū eamus filiū ut procos in/
terfectos ſeu ēt illum qui eos interfecit uideamus. Sic dicens de domo ſu
pna deſcēdit:multa ſecū aio agitās:an carū uiꝝ ſeparatim iterrogaret:an
propius adſtans caput oſcularet̄:manuſq; prenſaret ubi uero ſolū ingreſ
ſa ꝓpius adceſſit corā Vlyxe ex altera parietis parte apud igneȝ conſedit.
Vlyxes uero apud columnā alterā ſedens ubi eā adſpexit demiſſis oculis
expectabat ſiqd uxor ei diceret. Illa diu mœſta ac ingēti capta ſtupore ta/
cebat:qñq; illū adſpectu clare noſcebat:qñq; uero laceris indutū ſic ueſti

bus ignorabat. Inter hæc Telemachus eam interpolando ait. Mater mea
atq; iterum mater crudeli animo cur ſic a patre te ſeiungis: nec iuxta ſedēs
uerbis eum percunctaris ac ueſtigas. Non enim alia uxor animo tam du
ro a uiro ſic abſiſtet/ qui quidē poſt multas erumnas tuitæq; labores An/
no uiceſimo in patriam redierit. Tibi enim mens lapide durior eſt. Ad
hæc Penelope/ nate mi ait. Animus iamdudum in pectore mihi obſtupe
ſcit: neq; aliquod adloqui uerbum ualeo neq; interrogare/ neq; demuȝ in
eum aduerſum conſpicere. Si uere Vlyxes eſt & uere domū rediit: quão/
brem opus ante omnia ſigna ex eo q̃ aliis occulta quidem ſunt nobis au
tem manifeſta inter nos uideamus. Sic ait illa. Riſit Vlyxes & ad filiū uer
ſus ait. Telemache ſine matrem me ſignis tētare/ cito enim melius ſentiet
nunc quod ſordeam malis amictum ueſtibus me deſpicit: neq; Vlyxem
fatetur. Nos ergo cogitemus quemadmodum quod geſſimus probe ſe/
cureq; ſit. Etenim quidam hominē in populo ultoribus auxiliiſq; quan/
doq; carētem interficiens/ propinquos patriãq; propterea fugit. Nos aūt
ciuitatis munimentū: principes iuuentutis Ithacēſis occidimus: quapro
pter te hoc pēſitare uelim. Cui Telemachus: quin tu ait pr̄ hæc uide/ atq;
conſidera. Tuū enim inter hoīes conſiliū ferūt optimū eē/ cum quo nul/
lus mortalium cōtendit. Nos te certatim ſequemur: neq; tibi uigoris ali/
quid deeſſe putauerim/ quū uis tibi ſit plurima. Dicā igitur inquit Vly/
xes quod mihi uidetur eſſe optimum. Primum nãq; lauate & amicite tu/
nicas/ famulaſq; iubete ueſtes ſumere. Deinde inclitus cantor cum tinnu
la cithara: ac iocoſa ſaltatione præcedat: ut qui foris exiſtunt uel per uiaȝ
forte iens uel etiam circa habitans audierit: nuptias exiſtimet eē: ne fama
cædis procorum patratæ per urbem late ſerpat priuſquã nos extra in no/
ſtrum agrum exeamus. Hic deinde cogitabimus quid utilitatis Iuppiter
polliceatur. Sic ait. Illi confeſtim obtemperauere. Primum quidē lauere:
tunicas induerunt: famulæ ſe adcinxerunt. Muſicus citharam cepit: inter
eoſq; dulcem cantum ſimulq; ſaltationem decentem exorſus eſt: unde do
mus uirorum ludentium ac formoſarū fœminarum pedibus grauata re/
ſonabat. Sicq; alius extra domum audiēs dictitabat. Nempe alicui regēti
noſtra multis expetita procis nupſit: miſera profecto: quæ nō ſuſtinuit
uiri ſui domum omnino cuſtodire: donec ille ueniret/ hæc q̃q̃ fama cur/
reret/ ignorabant tamen quemadmodū res geſta eſſet: Intereadomi Vly
xem Eurynome proma lauit oleoq; unxit: ac pharo tunicaq; pulchra or/
nauit: inſuper ei.

De Vlyxiſ forma mu/tata.

Conſpicuam Pallas formam capitiſq; decorem
Mollem ceſariem tribuit ſimilemq; hyacintho
Et membris illum longe ſpectarier amplis
Ac ueluti Vulcani edoctus & arte Mineruæ
Argento ſiquis fulgens contexuit aurum
Vnde opera egregia/& uario facit aucta labore.
Sic illa excelſis humeris/ac ore ſereno
Reddidit:& toto præſtantem corpore Vlyxem.

Ex lauacro igitur dis corpore ſimilis ꝓcedit/ac rurſus in thoro unde ſur rexerat conſedit/cõtra uxorem/atq; illi ſic ait. Crudelis Di nanq; tibi præ ter omnis fœminas cor durum dedere:Non enim altera puto mulier tãt aio tolleraſſet a uiro abſiſtere/q poſt multos labores Anno uiceſimo do mum tandẽ redierit. Verũ tu nutrix propera/ſterne mihi lectũ ut ipſe dor miam:qñ huic ferreus eſt oio animus. Cui Penelope. Ego te inquit neq; deſpicio/neq; rurſus ualde admiror aut magnifacio. Noui tñ qualis fui/ ſti quũ apud Ithacam e naui deſcendiſti. Sed/O Euryclea abi cito in tha/ lamum quem ipſe cõſtruxit:hic ei & lectum & cubile parato puluilloſq; inſuper ex pellibus lænas & ſtragula uarietate picta. Sic ait uirũ tentans: at ille obiurgãs/O mulier inquit uerbum nempe hoc qđ dixiſti me ual/ de pupugit: quis.n.meum tulit alio lectum/durũ admodum eſſet mihi ꝑſertim ſcienti:qm̃ neq; deus ſupueniens:etiã ſi uoluerit:facile aliũ in lo/ cum trãſtu'erit:nedum mortaliũ ullus q̃uis uegetus & robuſtus: qm̃ in

Signa lecti Vlyxei.

eo magno admodũ ac laborato ſignũ ieſt/qđ ego nõ alius extruxi: Trũ cus erat ingens Oleæ intra aream thalami uegetus ualde ac uiridis:craſſi tudine columnæ:hunc ego pro fundamento thalami ieci/quem dẽſis ſu pra lapidibus cõſtruxi:ex ramis uero ipſius Oleæ íciſis portas apte cõpa ctas conſtitui. Germen deniq; radicis ipſius adfabre ferro expoliui:& ad perpendiculũ direxi:deinde terebra diligẽter terebraui:ex hoc itaq; lectũ lectiq; fulcra extruxi:auroq;/& argento & ebore uarie ornaui:loris poſt/ modum bubulis purpureis ſubtus conſtraui. Sic igitur ſignũ tibi dixi at nunc aũt nõ ſatis ſcio o uxor ſi lectus hic mihi ſit incolumis/uel aliquis eum ex Oleæ fundamẽto euellẽs alio traduxerit. Sic ait. At Penelopes ge

Penelope ex ſignis Vly/xem cognouit.

nua corq; præadmiratione ſoluũtur firma ſane adhuc & integra ſigna co gnoſcentis quæ Vlyxes narrauit:lacrymãſq; eũ aduerſus iruit:manuſq; & collũ amplexa:caput inſuper & ora exoſculata. Ne quæſo inquit mihi Vlyxe cariſſime iraſcere:poſtq̃ alia qdem ex hoibus prudenter tolerasti

Di nobis calamitatẽ inflixere qui nos ẽt admirant᷑ ut in expectatiõe mu/
tua ætate iam bona cõsumpta ad limẽ ſenectutis ꝑuenerimus/Ne inquaʒ
mihi ſuccẽſe quod non ſubito q̄ te uidi amaui. Cõtinuo.ñ.aĩo meo ſum
uerita:neq̀ uis uerbis ueniens me deciperet. Multi nanq̧ praua excogitant
conſilia quæ prius aĩaduertere oportet. Neq̧ Helena Ioue genita cũ alie/
no uiro cõcubuiſſet ſi ſe ab Achæis rurſus qñq̧ in p̄riam reducendã co/
gnouiſſet:hanc deus ad turpe facinus ad mittendũ ĩpulit:neq̧ prius hoc
incõmoduʒ & exitiale damnũ ſuo excogitauit aĩo ut luctus ex eo ad nos
primũ ꝑueniret. Nunc qñ ſigna manifeſta nr̄i lecti narraſti/quẽʒ nullus
mortaliũ uidit/ſed tu & ego ſoli ac una tm̄ ancilla Actoris q̄ mihi a patre
huc uenienti data eſt & nr̄i fores thalami ſeruat:iam tibi credo/q̄q̄ animuʒ
hñs continuo trucẽ. Sic ait. At Vlyxi luctus deſideriũ magis eſt auctuʒ:
flebat.n.uxorem magnanimã ac ſapientẽ ſibi reſtitutã uidens:ueluti cuʒ Compatio
natantibus terra libẽter adſpicit᷑/quoꝝ Neptunus nauẽ uẽto/fluctibuſq̧
agitatam uaſtauit:pauci admodũ fugientes ac alga multa cõſperſi natan/
do ad littus ꝑueniunt:tellureq̧ libenter factũ uitantes potiuntur. Sic gra/
tus erat adſpicienti maritus q̄q̄ nõ adhuc candidis ulnis illius ſit caput am
plexa. Sic itaq̧ lugentibus inter ſe ac lacrymãtibus ꝓfecto dies illuxiſſet/
niſi forte Minerua cũ alia tum hæc animaduertens noctẽ lõgius ꝓtraxiſ/
ſet:Aurorã quoq̧ ex oceano retinuiſſet:feciſſetq̧ quominus equi celeres
Lampus & Phaetus ſolis lumen mortalibus adferentes currui iũgerent᷑. Lampus &
Tunc demũ Vlyxes uxorẽ ſic adloquitur. O cõiux nondũ enim ad finẽ Phaetus ſo
penitus laboꝝ peruenimus:reſtat adhuc labor ĩmenſus atq̧ acerbus quẽ lis equi.
me obire oportet quemadmodũ Tireſiæ aĩa die illo quo ad inferos deſcẽ
di mihi reditũ ſocioꝝ ſimul & meum ſciſcitãti narrauit. Sed iã coniux le/
ctũ adeamus ut dormiẽtes una dulci collætemur ſomno. Cui Penelope:
lectus qdem inquit tũc tibi erit præſto paratus qñ aĩo Iubebit tuo:poſtq̄
te Di domũ incolumem reduxere:ſed qñ ſemel narrare cœpiſti:deuſq̧ id
tibi in aĩo poſuit dic quæſo laborẽ quem poſthac ſubiturũ te eẽ dicis:nã
hoc ſtatim audire præſtat. Cui Vlyxes. Quid me inquit animo ſollicito
iubes dicere᷑ dicam tñ nec te celabo non.n.animus tibi lætabit᷑:neq̧ ipẽ
gaudeo qm̄ multas me dixit mortaliũ urbes aditurũ in manibus remum
hñtem donec ueniam ad uiros maris ignaros qui nec cibũ ex marittimis
edunt:neq̧ naues aut remos nauiũ alas nouere. Signũ igitur manifeſtũ
hoc mihi dixit quod tibi referam:quãdo mihi uiator obuiam factus:ia/
culum ſupra claruʒ humerũ habuerit:tunc me in terrã remũ figere iuſſit:

ac pulchra Neptuno facientem ſacra ex ariete tauro & apro porcoꝝ cuſtode domū redire: demum oibus ex ordine ac ſucceſſiōe Dis ſacras offerre hecatombas. Mors aūt mihi ipſi ex mari molliter/ac talis continget/quæ me uegeta cōſumptum ſenecta perimeret. Circa uero populi felices erūt. Hæc itaq; mihi oia dixit euētura. Ad hæc Penelope. Si.n.inquit ſenectutem Di tibi dederint bonam ſpes in futurū maloꝝ fore euitationem. Dū hæc inter ſe colloquerent Eurynome ſimul & nutrix lectū cū molli ſtragulo & luminib9 accēſis parauere. Poſtq̄ uero cubile ſtrauere: uetula rurſus in Oecon uenit Eurynome uero cubicularia cōiugibus in thalamum uenientibus cū facibus præibat. Illi poſtremo antiqui lecti iura repetunt Ac Thelemachus Bubulcuſq; & Subulcus pedibus ſaltando diſierūt: famulaſq; item deſinere iuſſerūt ipſi demū in amplis ædibus alius alibi cubuere. Ac coniuges in amore diu cupito lætati ſunt: gauiſiq; item uerbis inter ſe collequēdo Penelope quidē narrabat quæ nā ac q̄ta a procis paſſa fuerit qui eius cā multas boues: oueſq; pingues occiderūt/multūq; euaſi bus uini abſumpſere. Vlyxes ex altera parte quot incōmoda hoib9 inflixerit: quot ue ipſe paſſus fuerit oia narrauit. Illa uero audiens gaudebat animo/neq; ſomnus oculis cecidit priuſq̄ oia narraſſet. Incepit igitur ut primū Ciconas domitauit. Inde poſtea ad lothophagoꝝ hominū fertilē uenit terrā. Deinde q̄ta Cyclops perpetrauit & quēadmodū ſociorū quos ille abſq; ulla miſericordia uorauit pœnas eſt ultus. Deinde ad Aeolū uenit a quo humaniter exceptus etiā itinere adiutus eſt. Verū quod nondū fatum eēt eum in p̄ria redire maris procella rurſus eundem rapiēs in pontum traxit uñ ad urbem leſtrigonū longe puenerūt: qui naues ois ſimul cum ſociis pdidere. Tantū Vlyxes cum naui euaſit. Poſt hæc Circes dolos fraudulētos euitauit: inde ad inferni lati barathrū aia Tireſiæ Thebani utens cū naui uenit: ubi ois extinctos ſocios uidit: itēq; mr̄em/quæ etā tulum exiſtentē eum nutriit: poſtmodū ut ſirenaꝝ pnitioſarum uocē audiit: ut ad ſaxa erratica puenerit: grauemq; Charybdim/Scyllamq; quam nunq̄ hoies miſeri uitauere. Deinde ut ſolis boues ſocii perimerūt: quāobrem Iuppiter ardēti fulmine nauim diruit: Vñ ſocii reliqui ſimul oēs perierunt: ipſe uero malū euitauit factū: ut Ogygiam inſulā adiuit ad Nympham Calypſo/quæ illū in uirū hr̄e cupiens in ſpelunca nutriit immortalēq; ac minime ſeneſcentem ſe redditurā oibus dieb9 promiſit. Deinde ut per uarios labores ad pheacēſes adplicuit qui eum ſupra modū ut deū honorauerunt/ac iter comitauere. Aes inſuper/auriq; ſatis ac ueſtē dede-

runt. Hoc deniq uerbū poſtremo dixit qn̄ dulcis ſonnus membra ſimul ac curas animi ſoluens ruit. At Minerua cū alia nouit: tum Vlyxē lectuȝ ſomnūq cum cara cōiuge appetere aīaduertit. Poſt hæc aurorā ex oceano excitauit. Vlyxes e ſtratis mollibus ſurrexit. Deinde uxori hæc mandat/ O coniux iam multos quidem ambo labores tollerauimus: tu certe hic meū continuo plorādo ac deſiderando reditū: me uero Iuppiter & alii Di redire cupientem impediuere. Nūc aūt qn̄ ambo in lectū magnope optatum cōuenimus: Opes aū oīa amiſſas mihi recuperare neceſſe ē: oues im primis quas proci mattauerunt: multas quidem p̄dabor: alias aūt Achæi dabunt donec omnis expleā caulas. Sed iam ego in agrū arboribus frequentē uadā uiſurus optimū p̄rem q magnope mei gr̄a triſtitia adficit. Tibi quoq uxor q̄q̄ prudenti mando (nā ſtatim orto ſole fama ꝓcoruȝ quos domi interfeci diſpaleſcet) in ſupiorem domus partē aſcendas: ibiq cum ancillis quieta ſedebis: neminē neq tu adloquere neq īterroga. Dixit & circa humeros pulchra induit arma: Telemachūq ac bubulcū & ſubulcū exinde excitatos arma pariter manibus corripere iuſſit. Illi uero dicto audientes ferro ſeſe ꝓtinus adcinxere. Portas igitur impellētes egrediuntur Vlyxe præcedēte. Iamq lux effulſit in terris. Hos Minerua nocte opaca occultans uelociter eduxit.

Libri Vigeſimiquarti Argumentum. &c.

m Ercurius animas procorum ad inferos deducit. Laertes Vlyxem ad ſe uenientē tandem agnoſcit. Minerua Ithacenſium ſeditionē ob procorum cædem ſtatim prohibet.

m Ercurius procoꝝ animas euocabat. In manibus nāq uirgaȝ aureā habebat/ qua uiroꝝ quoꝝ uult oculos leniter ſopit: hos rurſus e ſomno excitat. Hac itē animas ille euocat orco. Illæ uero ſtrementes ſecuntur: ueluti quū ueſpertiliones in antri ingētis receſſu ſtridentes uolant: poſtq̄ aliquis ex eis ſaxo aderet ſimul omnes coerent. Sic una oēs cōgregatæ erant animæ Compatio quibus ipſe Mercurius dux erat qui uias iniquas ac putres iuxta Oceani fluxum & leuceda ſaxum ſeu ſolis portas & ſomniorū populum ibant: confeſtimq in pratum floridum peruenere. Hic miſerorū defunctorum

animæ ſeu idola habitabant.Inueneruntq; animas Achillis & Patrocli &
Antilochi & Aiacis qui cœteris Danais & forma & corpore præter Achil
lem præſtabat.Circa Mercurium conuenerunt omnes:inter quos Aga/
memnonis anima triſtior propius adceſſit cum qua ſimul & qui in Aegi
ſti domo periere aderant. Hũc igitur Achillis aĩa prius adloquitur.Atri
de te nanq; ex oibus heroib9 Ioui carũ continuo putamus eſſe:q̃obrem
multis & fortibus apud Troiã dux fuiſti:ubi labores Achæi paſſi ſunt.9
profecto tibi prius fatũ euenire debuerat/quod nullus mortalium euitat
ac in honore quo apud Troiæ populum regnabas extingui/nam & tibi
tumulum Achæi omnes cõſtituiſſent/tuoq; filio magna poſtea gloria fu
iſſet:nũc uero te tantũ miſero exitio abſumi fato datũ erat.Huic aĩa Atri/
dis beate inquit Achille dis æquiparande qui procul ab argis apud Tro
iam periiſti:circaq; alii Troianoꝝ & achæoꝝ pro te pugnantes interfecti
ſunt. Tu aũt ĩ multo excitato puluere magnus iacuiſti/magna aĩ magni
tudine eqtatum duceris.Nos aũt die tota pugnauimus neq; oio deſiste/
bamus niſi Iuppiter tẽpeſtate pugnã diuertiſſet:at poſtq̃ ad naues ex bel
lo uenimus te in lectis extinctũ condidimus/à qua pura tantũ luſtrantes
corpus:multas inſuper lacrymas Danai fuderunt:crines attõderunt.Mr̃
cum Dis marinis nunciatũ de te accipiens uenit fama.n.totũ exiuit mo
re:tremorq; omnis Achæos inuaſit:& profecto ſubito exurgẽtes naues
conſcendiſſent niſi multa & antiqua experientia edoctus Neſtor retinuiſ
ſet:cuius optimũ apparuit conſiliũ qui ſic eos in cõcione adlocutus eſt.
State Argæi neq; fugite pubes Achæa mr̃ enim ex mari cũ aliis dis mari
nis uenit ſuũ filium extinctũ uiſum.Sic ait.Achæi aũt timentes ſeſe cõti
nuere.Præterea te ſenis marini filiæ miſera flentes lamẽtatione ac ĩmortali
bus amictæ ueſtibus q̃rebantur.Hic nullũ Argæoꝝ ſiccis oculis noſſes
De achillis exequiis.
taliter eos muſa ſonora excitauit Denis ſeptenis diebus totidemq; nocti/
bus te nihilominus plorauimus mortales ſimul & immortales. Decima
octaua igni te dedimus : multaſq; ſuper ipſo oues boueſq; mactauimus
pingues. Demum crematus es in deoꝝ ueſte/multoq; unguẽto & melle
dulci:multiq; item heroes achæi armis circa ardentẽ pyrã certauere:equi/
teſq; luſere:multus deniq; tumultus erat. At poſtq̃ Vulcani flãma te ab/
ſumpto ceſſauit.Mane tuo legimus oſſa alba Achille cum uino mero &
unguento/urnam uero auream mr̃ dedit:donuꝫ id dicens eſſe Dionyſii
opus uero Vulcani.Hic optime Achille tua oſſa iacent mixta una cũ Pa/
trocli Menetiadis oſſibus ſine Atilocho queꝫ ſupra omnis alios poſt Pa

troclum mortuũ honorabas. Igitur nos exercitus Argæoꝝ magnum &
nobilem tumulũ circa illos effudimus in excelſa littoris parte lati Helle/
ſponti ut manifeſtus procul adſpicientibus uiris e&t nũc exiſtentibus &
futuris. Mater aũt a Dis facta poteſtate/ pulchra poſuit in eius honorem
Ahæoꝝ fortiſſimus in media regiõe certamia. Iam qdẽ multorũ heroũ ſe
pulchro interfui/ qñ iuuentus ad ludorũ cõtentionem ſeſe adcingit. Sed
illa maxime uidens mirareris q̃lia certamina nobilia dea Tethis tibi di/
cauit. Valde itaq; dis carius fuiſti/ adeo ut ne moriens quidem nomen a
miſeris: ueꝝ perpetua inter oĩs homines gloria tibi Achille fuerit. At mi
hi quid hæc uoluptas? qui q̃q̃ bellũ feliciter adminiſtraui & profeci miſe
rum Iuppiter exitiuz redeunti mauibus Aegiſti & diræ uxoris ſtatuit.
Dum hæc inter ſe colloquerent̃ propius Mercurius adceſſit animas de/
ducens ab Vlyxe domitoꝝ procorum. At illi ambo exoruete/ aduerſuſq;
uti uiderent iuerunt: nouit aũt Agamemnonis anima/ Amphimedontẽ
Melanchi filium: hoſpes nanq; Ithacæ illius erat domi manens. Itaq; pri
us eum adloquitur. Amphimedon quid paſſi ad ſubterranea loca deſcen
ditis: oẽs quidez delecti & coæui: neq;.n. delectũ habiturus aliquis alios
per ciuitatẽ uiros fortes deſcriberet: an forte uos in nauibus Neptunus ꝑ
didit: uentos aduerſos/ fluctuſq; ingentes cõmouens? an malefici homi/
nes in terra leſere: uos boues occidentes ſiue ouium greges: an certe ꝓ pa
tria/ proq; coniugibus pugnantes? Dic quæſo mihi percũctanti: hoſpes
nanq; tuus ſum: an non meminiſti qñ illic in ueſtram domũ diuerti ue/
niens hortatum Vlyxem ut una cum Menelao nauibus me ad Troiam
ſequeretur. Menſe nanq; ad cõmodo totum penetrauimus pontum Vly
xis diligentia: ſtudioq; freti. Ad hæc Amphimedontis anima. Sic ait.
Memini quidem hæc oĩa. Tibi ego cuncta uere manifeſtabo de noſtro
exitu qualis fuerit uxoris Vlyxis diu abſentis nuptias expectabamus.
Illa uero connubia nec abnuit/ neq; adnuit: nobis mortem ac dirum ex/
cogitans fatum. Verum dolum alium in mente uoluit magnam ordiens
telam in ædibus texebat tenuem admodũ ac rotundam/ nobiſq; clare di/
xit/ Iuuenes mei proci poſtq̃ Vlyxes extinctus eſt meum expectate q̃q̃
ſolliciti coniugium: donec pharum perfectum (ne fila fruſtra pereant) La
erti ſeni funebrem ueſtem: quando ad extremum morietur/ nequa Achæ
arum mihi domi iraſcatur ſi abſq; ueſte ſepulchrali iaceat is qui multas
poſſidet opes. Sic ait: nobis uero conſilium placuit. Hic igitur interdiu
texebat magnã telam: noctu uero adcenſis lãpadibus diſſoluebat. Sic tri

ennio per dolũ latuit ac achæos decepit:ubi uero quartus uenit annus & horæ tranſierũt/tunc ex eius ancillarum q̃dam huius facti cõſcia intelle/ximus eam ſoluenté telã quam ubi demũ nõ ſponte ſed coacte pfecit ſta/tim pharũ magnum ſolis fulgori ſimile oñdit:ea forte tempeſtate malus dæmon Vlyxeʒ pegre uenienté ad agrũ reduxit ubi ſubulcus habitabat. Huc uenit & eius filius Telemachus e Pylo reuertẽs cũ naui. Amboq; in de in urbẽ pcis exitiũ parantes adceſſerũt. Telemachus aũt añ alios uenit Vlyxẽ poſtea ſubulcus duxit lateris amictũ ueſtibus médico ſimilẽ & in curuũ nec ullus noſtrũ agnoſcere illũ ualuit ubi primũ apparuit:non ẽt q maiores natu erant:nos ppea uerbis eũ ac plagis laceſſiuimus:at ille in ſuis ædibus pbra oĩa laceſſitus ac pcuſſus facile tolerare auſus eſt:donec eundem mens Iouis excitauit ut una cũ Telemacho pulchra ex aula cor/ripiens arma in thalamũ cõderet/ac ſeras deinde clauderet. Is demũ ſuam uxoré aſtutia fretus iuſſit arcũ procis dare:ſplendenſq; ferrũ nobis miſe/ris certamina & cædis initiũ:nullus igitur noſtrũ duri arcus neruũ tende re ualuit longe.n.uiribus inferiores eramus:ubi uero arc9 ad manus ue nit Vlyxis. Hic nos magnope contẽdimus ne uel inſtanti & rogãti arcus daretur/quod per Thelemachum non licuit qui ſolus illũ iubendo exci tauit. Vbi hunc Vlyxes accepit facile tetẽdit p ferri quoq; interualla me/tas agens conſtitit ueſtigio pgreſſus:ſagiptas añ pedes ſparſit grauiterq; cõtuens ac luſtrans oculis Antinoũ imprimis iaculatus eſt/mox in alios tela direxit. Illi inter ſe ppinqui cadebãt:Notũ qdẽ & manifeſtũ qs deoꝝ illis adiutor fuerit/ſtatim per domũ paſſim ſuis uiribus furẽtes interficie bãt/exquo tumultus & ruina triſtis capitũ pcuſſoꝝ exorta ẽ:humus oĩs ſanguĩe fluebat. Sic demũ nos o Agamẽnon piuimus/quoꝝ nũc quoq; corpora in ædibus inhumata iacẽt/qd népe factũ amici cuiuſlibet noſtrũ adhuc ignorãt q pculdubio ſaniẽ e uulneribus tergẽtes nr̃is lamẽtarent Q d munus ẽ & honor moriẽtiũ:ubi finẽ dicẽdi fecit Agamemnon ait/o beate Vlyxe q̃ magna cũ uirtute uxorẽ poſſediſti/O q̃ pſtantẽ Penelopes aĩum o q̃ pulchre ſui meminit ipa uiri:huius.n.gloria nunq̃ excedet nec fama uirtutis:ſed & Di de ipſa cantũ ac poema gratiſſimũ poſteris tradẽt hoĩbus lõge diuerſũ a Clytemneſtra Tyndari filia q̃ malũ iniens cõſiliũ uirũ trucidauit. De hac igr̃ cãtus futuris hoĩb9 ĩfenſus erit & facti memo ria famaq; fœminis deteſtãda. Talib9 itaq; illi inter ſe colloq̃bãtur ſtãtes apud ĩferos ſub terræ latebris. Interea Vlyxes cũ ſuis ex ciuitate in agruʒ Laertis pulchre admodũ mãgonizatũ quẽ ille poſt multas aĩ ęrũnas ſibi

poſſedit atq; aptauit profectus eſt. Hic domus erat circa uero tabernacu/
lum paruũ poſuit/in quo famuli neceſſarii qui ei obtempabant paſcebã/
tur/quieſcebant/inuigilabantq;. Aderat & anus Sicula quæ ſenem ſedu/
lo nutriebat in agro a ciuitate procul. Hic igitur Vlyxes famulis cum co
mitantibus & filio dixit/uos nunc ite in oppidum ac protinus unum ex
porcis qui fuerit optimus ſacrifi:io mactãtes cœnã parate: ob iter ego pa/
trẽ tentabo ſi me forte cognoſcat oculis adſpiciens ſiue nõ ignoret tam lõ
go poſt tpe uenientẽ. Sic dicens famulis arma martia dedit. Illi cõfeſtim
domum iuere. Vlyxes autem ꝓpius ad uineam acceſſit tentabũdus/non
aũt Dolium magnum/in locũ arboribus conſitum deſcẽdens neq; famu
lorum alium aut filiorũ ipſius reppert/ſed hi ad legendas ſpinas abierũt:
us ſepibus uineam circũdarent/quibus dux fuit ſenex quem ſolum in ui
nea circa plantam fodientẽ offendit ſordida indutum tunica/ſuras pelli/
bus bubulis conſutis/manũs quoq; chiridibus ſpinarum gratia opertũ: Chirides.
quodq; magis luctum augebat capitis erat tegmen ex pelle caprina. Hũc
igitur Vlyxes ſtatim nouit ſenectate iam cõſumptum/magnoſq; animo
queſtus habentem. Ipſe ſub florente Pinu paulum conſiſtens lacrymas
fundebat: ſecumq; animo uerſabat/an exoſcularetur ſtatim ac amplectare
tur patrem/ſingula quoq; narraret quemadmodum domum & in patriã
redierit/ uel primum indagaret/ſingulaq; tentaret. Demum alternanti
potior ſententia uiſa eſt: patrem antea contumelioſis uerbis tentare. Hæc
itaq; meditans aduerſus eum iit plantam circũfodientem/propeq; adſtãs
ait/O ſenex non equidem curãdi plantas imperitus uideris ſed recte om
nia in hoc genere facere. Nec enim planta ulla eſt non ficus non uitis nõ
olea non Pirus nõ deniq; hortenſia ſine cura ſunt: ſed hoc tibi dicam: tu
uero ne ægre animo feras/quum hæc diligenter cures tui ipſius curam
non hẽs: ſed ſub feda ac miſera ſenectute male agitas triſtibus amictus ue
ſtibꝰ. Non enim pigritiæ cã hæc tute negligis quod tibi q̃tum fas eſt ad/
ſpectu deprendere non ſeruile aliquod ore aut magnitudine præ te fers:
Regi namq; ſimilis uidens: Tali enim equiparandus es poſtquam laue/
rit & comederit / molliter etiam dormierit / quo iure ſibi ſenes uendi/
cant. Sed quæſo uera mihi refer: cuius ne famulus es: alicui ne hunc
arboribus conſitum locum laboras. Deinde hoc item dic: ſi uere Itha/
cam hac imus: ut mihi uir hic dixit/qui huc uenienti obuius fuit. Non
enim ualde ſapiens eſt/quum ſingula dicere/aut reſpondere quæcũq; in/
terrogaui non ſatis ſciuerit præſertim de hoſpite meo ſi uiuit adhuc ſiue

obiit ad infernum profectus. Hoc.n.tibi dico hoſpitẽ quõq in patria mea domi excepi quo nullũ unq̃ hoſpituȝ procul uenientiũ libentius uidi ſe ex Ithaca dicebat eẽ ſuumq pr̃em Laertẽ Arceſiadem. Hũc itaq ad domũ meam uenientẽ pulchre tractaui ex oibus quæ intus erant dona inſuper hoſpitalia ut par erat illi dedi auri nup facti/Septẽ talenta/craterem/argẽteũ floribus pictũ/lænas duodenas pictas totidemq tapeta/totidẽ pharea/totidẽ deniq tunicas. Præterea miniſtras operuȝ peritas ac formoſas quattor/quas ipſemet uoluit eligere: pater uero ubi hæc audiit lacrymãs ait. Hoſpes profecto in terrã recte tendis de qua tu interrogas: hanc uiri iniuſti ac ſupbi poſſident quibus ſi millia dares dona, fruſtra hæc dares: ſed ſi illũ apud Ithacam uiuũ offenderis pculdubio te hoſpitio excipiet/ & his quæ accepit donis muneratũ remittet/uti decet illũ qui pſidet. Sed hoc ẽt dic quotus eſt annus quo tu illũ tuum hoſpitẽ excepiſti miſerum meũ filiũ ſi qñ erat infelix quẽm pcul a ſuis & patria ſiue in ponto piſces uorauerint/ſiue in terra feris & auibus cibus & rapina fuerit: non mr̃ de more circũſiſtens plorauit: non pr̃ qui illũ genuimus: nõ item uxor munifica prudenſq Penelope in lecto ut decebat oculos corrũpens (hoc enĩ munus morĩetis) defleuit. Poſtremo hoc narra: quis nã es aut unã gentiũ/ ubi patria aut parentes: ubi nauis conſiſtat/quæ te tuoſq ſocios uexit an forte mercator aduenisti in aliena naui/qui te hic dimittẽtes diſceſſerunt/ cui Vlyxes tibi ait cuncta uere narrabo: ſum.n.ex Alybante ciuitate ubi mea inclyta domus filius Aphidantis Polypemonidis principis: mihi nomen eſt Eperito. Me nãq deus a Sicania errantẽ atq inuitũ huc deduxit: Nauis mihi hic apud agrum a ciuitate procul cõſiſtit. Inſuper qntus agitur annus/ex quo Vlyxes a me/meaq patria diſceſſit. Infelix certe bonæ erant aues: dextræq tunc eunti/ego gaudens illum tranſmiſi: gaudebat quoq ille deſcendens/ſperabatq quandoq hoſpitium ſe mihi redditurũ muneraq daturum. Sic ait/ At illum mœſtitia correptum nubes doloris obſcura obtexit/manuq utraq ardente ex humo puluere accepta ſparſit canum caput uberius flens. Vlyxes uero hæc adſpiciẽs commouebatur/ e naribuſq impetus impatiens & acutus patrem contuenti eſt effuſus: ptinuſq inſiliens eum corpore cõplexus ait. Ille ego ſu pr̃/queȝ tu quæris ueni tandẽ anno uiceſimo. Sed iam lugere deſine ac diræ lamẽtationi finẽ impone. Tibi dico ualde opus maturare/procos in ædibus peremi: incõmoda nobis illata ac improba eoꝝ facta ulciſcens. Cui Laertes, Si.n.inqt Vlyxes meus filius huc ueniſti ſignũ mihi claꝝ uti credã refer: cui Vlyxes

cicatricem ait hanc primum conſidera quam ſus albo dente mihi Parneſ/
ſum uenienti intulit quo tu me ſimul & mater ad auum maternum Au/
tolycum ire compuliſtis ut dona caperem quæ huc ueniens mihi promi/
ſit. Inſuper arbores in amena uinea ſi tibi ſunt:ego cunctas dicam quas
olim tu puero mihi exiſtenti/teq; per illam me ducente ſequenti ſingulas
nominaſti/Piros dediſti treſdecim/malos decem/ficus quadraginta/ordi
nes quoq; uitium daturum te recepiſti/Quinquaginta/quorum quæli/
bet frugifera erat:hic uuæ ſimul omnigenæ exiſtebāt quando Iouis im/
bribus ſuperne irrigabantur. Sic ait. At laerti genua ſimul cum aīo ſolū
ta ſunt:ſignaq; firma Vlyxes recenſuit recognoſcens/protinuſq; filium
uulnis eſt amplexus/illum uero Vlyxes collo inherentem/& animi defi/
cientem excipit/ac recreauit:ubi uero animus ei tandem in pectora rediit
ſic eſt rurſus adfatus. Iuppiter pater nunc profecto Di eſtis in cœlo ſi ue
re proci ſuperbiæ atq; temeritatis pœnas dedere. Nūc ualde timeo ne om
nes huc Ithacenſes irruāt/nuntioſq; quoquo uerſus ad Cephalenienſiū
Vrbes mittant. Cui Vlyxes bono ſis animo ait ne ue hæc tuo cordi ſint
curæ:ſed eamus ad hortum qui prope domum arboribus conſitus exi/
ſtit:huc ego Telemachum/Bubulcumq;/ac Subulcum præmiſi ut cœnā
cito pararent. Sic inter ſe dicentes domum peruenere ubi illos offenderūt
carnes probas incidentes ac uehemens fundentes uinum: Tunc Laertem
ſuæ domi ſicula famula lauit/ac oleo unxit/læna deinde pulchra induit:
Minerua uero prope adſtans membra corpuſq; illi reconcinnauit ac cu/
rauit/proceriora q; ac latiora ut appareret efficit. Ex lauacro itaq; proceſſit
quem filius euntem ac Dis adſpectu ſimilem exiſtentem admirans ſic eſt
adlocutus/O pater te certe deorum aliquis & forma & magnitudine ma/
iorem uideri dedit. Ad hæc ille Iuppiter ait pater Minerua & Apollo ſi
qualis eram quum Cephalenienſibus imperans Oppidum in continen/
tis littore expugnaui:talis ego externa die noſtris in ædibꝰ arma hume/
ros indutus in procos animaduertiſſem:multis profecto uitam eripuiſ/
ſem/tu uero intus animo gauiſus eſſes. Sic igitur inter eos collocuti:ubi
quieuere a laboribus epulis ſeſe adcinxerunt/ex ordineq; thoris conſede
re/ac cœnā inchoauere. Interea propius adceſſit ſenex Dolius cum eoq; fi
lii ſex operum ſtudioſi: quod mater eorum ſicula eos præueniens illuc
uocauerit. Hæc enim & illos nutriebat: & ſenem poſtquam in ætatem
grauem inciderat/diligenter curabat. Hi ubi Vlyxem in domo conſpe/
xerunt/animo ſtupuere. Verum ille dulcibus eos præueniens uerbis

Nota. Tũc ẽt manus conuerſas oſcula/bant˜ hoc ẽ.

O ſenex inquit accũbe nunc epulis:deſine admirari. Diu uos hic deſide/
rantes ac edere una cupiẽtes ad cœnam expectauimus. Sic ait. At Dolus
protinus aduerſus tendens:ambas ſuſtulit manus(has ilico Vlyxes adri
piens conuerſas eſt exoſculatus)aitq;/O cariſſime Vlyxe deſiderantibus
nobis non tamen ſperantibus tandem reuerteris. Di ipſi te tantum redu/
xere:ipſi dent tibi omnia ſecunda:ſis felix & gaude. Mihi quæſo uere qd
ipſe rogo dicas:an tua Penelope huc te reuerſum ſciat/ſeu nunciũ ei uis
mittamus? Cui ille. O ſenex inquit iam ipſa nouit:quid in hoc opus te
ſollicitum eſſe? His dictis in thoro & ipſe ſedit:eiuſq; filii facta cum Vly/
xe uerborum gratulatione/manibuſq; iunctis iuxta patrem cõſederunt.
Dum autem circa cœnam ſolliciti eſſent/famam per omnem ciuitatem di
ſpaleſcit porcorum crudele fatum referens. Hi uero ſimul audiẽtes alius
alio præ timore properarunt/& tumultu ante domum Vlyxis facto mor
tuos ſubito efferentes tumulandos curauerunt:alios in alias ciuitates unũ
quiſq; fuerat domum miſere:piſcatoribus ac nauibus credentes ipſi uero
proceres in conſilium frequentes ac animo triſtes conuenere:inter quos
Eupithes primus dolore filii Antinoi commotus/quem Vlyxes ante om
nis peremit/loqui cepit/O ſocii rem magnam uir hic in Achæos excogi/
tauit alios & quidem plures uiros fortes ſecum cum nauibus ad Troiã
ducens perdidit:alios uero reuertens Cephalenſium optimos interfecit.
Sed agite priuſquam hic Pylum eat aut Elidem ubi Epei regnant:nos cõ
tra inſurgentes præueniamus:uel certe poſthac triſtes erimus ſemper/ac
damnum probumq; fuerit hæc poſteros noſtros audire. Si enim filiorũ/
fratrumq; cædes non uendicauerimus animo nempe meo nihil dulce ui
uere fuerit/ſed protinus moriens inter defunctos ero. Eamus igitur ac
maturemus ne illi præuenientes tranſfretent. Sic eſt fatus lacrymans:mi
ſericordia ſtatim cunctos cepit: Poſt hæc Medon cum inclito muſico ex
ædibus Vlyxis ut in ſomnium narraret in eorum medium accedens ait.
Audite Ithacenſes. Non enim Vlyxes Deorum iniuſſu hæc facinora fe/
cit. Ipſe ego Deam uidi immortalem Mentori per omnia ſimilem : Vly/
xem iuxta conſiſtere:quandoq; ante eum exhortando apparere:interdũ
Procos impellentem per ædis currere. Illi inter ſe pximi cõſertĩ concide/
bant. Sic ait. Illos pallidus occupauit timor/quos inter Alitherſes/Ma
ſtorides qui ſolus futura prætaritaq; uidebat. Audite Ithacenſes aman/
tiſſimi quæ dico animo magno malo hæc ferunt. Non enim mihi pſua
debitis;neq; itẽ Mẽtori uros filios ſtultitiæ finẽ facturos:q audax facinus

ſua temeritate admiſerunt:bona adſumẽtes ſimulq; uiri optimi uxorem
uituperantes:quẽ nunq̃ rediturũ dicebãt.Sed iam hoc ſic geſtum:nunc
mihi credite quæ dico ne uis urgentes cõtendamus nequid maius malu;
inueniatis.Sic ait.At illi dimidio plures cũ magno fremitu inſurrexere:
ſeceſſioneq; ibidem facta cõſtitere:quod dicta Aliherſis minime proba
rent:ſed Eupithi potiũs auſcultarẽt.Quamobrem arma ſtatim corripue/
re diro deinde ferro adcicti ante urbem conſtitere:ſtulti qbus Eupithes
dux erat.Is filii cædem ſe ulciſci uelle iactabat:ſed ex periculo minime re/
diturus erat:uerũ ibidem periturus Mineruam deinde Iouem adloqui/
tur:dic quæſo ſumme pater ſciſcitanti/quid alta mente repoſtum aut oc/
cultum habes.Primum ne bellum:aut grauem pugnam ſtruas:an ami/
citiam/pacemq; inter utroſq; ſtatuiſti:Cui Iuppiter nata quid iquit mea
hæc ueſtigas/aut quæris.Non enim hoc mente conſilium excogitaſti ut
Vlyxes reuertẽs procos plecteret/quomodo uelis/tibi autem dico ac uti
par eſt iureiurãdo fideli adfirmo. Vlyxes poſtq̃ Procos puniit perpetuo
regnabit.Nos autem & filiorum & fratrum cædis obliuiorẽ ſtatuemus.
Illi inter ſeſe amabunt uti prius:diuitiæq; ac pax omnibus erunt. Sic di/
cens Mineruam dudum cupientẽ impulit:protinuſq; e cœlo illa cum im
petu deſcendit.Interea cibo expletis omnibus qui apud Laertem conue/
nerant.Vlyxes loqui cepit. Aliquis exiens uideat ne prope fuerint nos
petentes.Sic ait.At Dolii filius ſubito uti iuſſit exploratũ procedens om
nis ilico propinquantes uidit: Vlyxiq; ait prope adſunt iam iam armis
adcingamus.His auditis illi properabant arma corripientes. Quattuor
ex his qui cũm Vlyxe erant & ſex Dolii filii:ex altera parte Laertes & Do
lius arma & ipſi induerunt quãquam iam cani: neceſſitate tamen ad pu/
gnam compulſi. Igitur diro ferro armati recluſis portis profecti ſunt:
quibus Vlyxes ductor erat Minerua item aderat Mentori corpore & for
ma adſimulata:quam Vlyxes adſpiciẽs magnopere gauiſus eſt:ſtatimq;
filium uocans/Telemache ait. Iam quidem hoc ipſe moue certamen pri
us pugnantium aciem inuade:ut qui ſunt fortes facile uideãtur:neq; ma
iorum genus tuorum infamare uelis qui olim & robore & uiribus in or
be toto præſtiterunt.Cui Telemachus facile uidebis/ait ſi uis care pater
me hodie tuum genus minime uti dicis uituperantem.Hæc audiens La/
ertes lætabat:atq; ait.Quæ mihi dies hæc Di boni/q̃ gaudeo.Filius atq;
nepos uirtutis columen habent.Hunc igitur Minerua prope adſtans ait
O Arceſiade cunctorum cariſſime ſociorũ ubi noueris Mineruæ ꝓtinus

haſtam ualidam uibrando iace. His illa dictis magnum ei robur inſpira/
uit: exquo Laertes doco nuncupato haſtam iaculatus Eupichi galeā uer/
beraudit: ictum minime ſuſtinentem: ſed haſta mediam findens ptranſiit.
Ille uero concidit armaq; ſuper ipſo. Deinde in prima acie Vlyxes & eius
filius enſibus & haſtis ſtragem edebant/ac profecto cunctos pemiſſent:
minimeq; reduces reddidiſſent: niſi Minerua uoce inclamauiſſet: exerci/
tumq; prohibuiſſet: ſic iubens. Deſiſtite iā a pugna Ithacenſes ut ſine ſan
guie iam dirimamini. Sic ait. Illos timor adripuit pallidus: exquo arma
e manibus metuentium facile exciderunt. Ad ciuitatem quoq; ſeſe de ui/
ctu ſolliciti conuerterunt. Horrendum uero tunc Vlyxes clamauit ac an
mo excitatus inſiliit ut aquila alte uolans. Iuppiterq; ſtati fulmen ardens
imiſit quod ante Mineruam tecidit. Illa uero ad Vlyxem cōuerſa: deſine
iam inquit bello contendere ne forte Iuppiter iraſcatur. Ille ſtatim obtem
perans/animo gauiſus eſt. Fœdera deinceps cum utriſq;. Pallas Mentori
corpore: uoceq; adſimulata compoſuit.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes ſunt Terni/Præter N O Quater. & Q Quint.

Impreſſum Romæ Per Iacobum Mazo/
chium Romanæ Academiæ Bi/
bliopolā Anno Salutis.
M.D.X. Die. xii.
Septembris.

D. Pauli Spireri tūr. fl. d.